

LOEB CLASSICAL LIBRARY

MACROBIUS
SATURNALIA

BOOKS 6-7



Edited and Translated by
ROBERT A. KASTER

The *Saturnalia*, Macrobius' encyclopedic celebration of Roman culture written in the early fifth century CE, has been prized since the Renaissance as a treasure trove of otherwise unattested lore. Cast in the form of a dialogue, the *Saturnalia* treats subjects as diverse as the divinity of the Sun and the quirks of human digestion while showcasing Virgil as the master of all human knowledge, from diction and rhetoric to philosophy and religion.

The new Latin text is based on a refined understanding of the medieval tradition and improves on Willis' standard edition in nearly three hundred places. The accompanying translation—only the second in English and the only one now in print—offers a clear and sprightly rendition of Macrobius' ornate Latin and is supplemented by ample annotation. A full introduction places the work in its cultural context and analyzes its construction, while indexes of names, ancient works cited in both text and notes, and topics make the work more readily accessible than ever before.

Robert A. Kaster is Professor of Classics and Kennedy Foundation Professor of Latin at Princeton University.

LOEB CLASSICAL LIBRARY

FOUNDED BY JAMES LOEB 1911

EDITED BY

JEFFREY HENDERSON

MACROBIUS

III

LCL 512

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 311

PROBLEM SET 1

1999

PHYSICS 311

MACROBIUS

SATURNALIA

BOOKS 6-7

EDITED AND TRANSLATED BY
ROBERT A. KASTER



HARVARD UNIVERSITY PRESS
CAMBRIDGE, MASSACHUSETTS
LONDON, ENGLAND
2011

Copyright © 2011 by the President and Fellows
of Harvard College
All rights reserved

First published 2011

LOEB CLASSICAL LIBRARY® is a registered trademark
of the President and Fellows of Harvard College

Library of Congress Control Number 2010924777
CIP data available from the Library of Congress

ISBN 978-0-674-99672-4

*Composed in ZephGreek and ZephText by
Technologies 'N Typography, Merrimac, Massachusetts.
Printed on acid-free paper and bound by
The Maple-Vail Book Manufacturing Group*

CONTENTS

ABBREVIATIONS	vii
SATURNALIA	
BOOK VI	2
BOOK VII	142
INDEX OF NAMES	313
INDEX LOCORUM	372
INDEX OF TOPICS	428



ABBREVIATIONS

- CA J. U. Powell, ed. *Collectanea Alexandrina*. Oxford, 1925
- CAG *Commentaria in Aristotelem Graeca*. 23 vols. Berlin, 1882–1909
- CCAG *Catalogus Codicum Astrologorum Graecorum*. 12 vols. Brussels, 1898–1924
- CGF G. Kaibel, ed. *Comicorum Graecorum Fragmenta*. Vol. 1, fasc. 1. Berlin, 1899
- CIL *Corpus Inscriptionum Latinarum*. 17 vols. Berlin, 1862–
- CPG F. G. Schneidewin and E. L. von Leutsch, ed. *Corpus paroemiographorum Graecorum*. Vol. 1. Göttingen, 1839
- EGM R. Fowler, ed. *Early Greek Mythography*. Vol. 1. Oxford, 2000
- FCRR H. Scullard. *Festivals and Ceremonies of the Roman Republic*. Ithaca, NY, 1981
- FGrH F. Jacoby, ed. *Die Fragmente der griechischen Historiker*. 4 parts. Leiden, 1957–
- FHG C. and T. Müller, ed. *Fragmenta Historicorum Graecorum*. 5 vols. Paris, 1878–1885
- FLP² E. Courtney, ed. *The Fragmentary Latin Poets*. 2nd ed. Oxford, 2003

ABBREVIATIONS

- FPL*³ J. Blänsdorf, ed. *Fragmenta Poetarum Latinorum*. 3rd ed. Stuttgart, 1995
- GG* *Grammatici Graeci*. Leipzig, 1867–
- GL* H. Keil, ed. *Grammatici Latini*. 7 vols. (with a supplement edited by H. Hagen). Leipzig, 1855–1880
- GRF 1* H. Funaioli, ed. *Grammaticae Romanae Fragmenta*. Leipzig, 1907
- GRF 2* A. Mazarino, ed. *Grammaticae Romanae Fragmenta Aetatis Caesareae*. Turin, 1955
- HRR* H. Peter, ed. *Historicorum romanorum reliquiae*. 2nd ed. 2 vols. Leipzig, 1914
- IAH* F. P. Bremer, ed. *Iurisprudentiae Antehadrianae*. 2 vols. Leipzig, 1898–1901
- IAR*⁶ P. E. Huschke, ed. *Iurisprudentiae Anteiustinianae Reliquiae*. 6th ed. E. Seckel and B. Kübler. 2 vols. Leipzig, 1908–1911
- ICUR* J. B. de Rossi, ed. *Inscriptiones Christianae Urbis Romae*. 2 vols. Rome, 1861–1888
- IG* *Inscriptiones Graecae*. 14 vols. Berlin, 1873–
- IGBulg* G. Mikhailov, ed. *Inscriptiones Graecae in Bulgaria repertae*. Serdica, 1956–
- ILS* H. Dessau, ed. *Inscriptiones Latinae Selectae*. 3 vols. Berlin, 1892–1916
- Inscr. It.* *Inscriptiones Italiae*. 13 vols. Rome, 1931–
- ISmyrna* *Die Inschriften von Smyrna*. 2 vols. Bonn, 1982–1900
- LALÉ* R. Maltby. *Lexicon of Ancient Latin Etymologies*. Leeds, 1981
- Lausberg H. Lausberg. *Handbook of Literary Rhetoric*. Trans. M. T. Bliss, A. Jansen, D. E. Orton. Ed. D. E. Orton and R. D. Anderson. Leiden, 1998

ABBREVIATIONS

- LIMC* *Lexicon Iconographicum Mythologiae Classicae*. 8 vols. Zürich, 1981–
- LSJ*⁹ H. G. Liddell and R. Scott. *Greek-English Lexicon*, 9th ed. Rev. by H. S. Jones, with a revised supplement. Oxford, 1996
- LTUR* E. M. Steinby, ed. *Lexicon Topographicum Urbis Romae*. 6 vols. Rome, 1993–2000
- LTUR Sub.* A. La Regina, ed. *Lexicon Topographicum Urbis Romae: Suburbium*. 5 vols. Rome, 2001–
- MRR* T. R. S. Broughton. *Magistrates of the Roman Republic*. Vols. 1–2: New York, 1951; Vol. 3 (supplement): Atlanta, 1986
- OGIS* W. Dittenberger, ed. *Orientalis Graeci Inscriptiones Selectae*. 2 vols. Leipzig, 1903–1905
- ORF*² E. Malcovati, ed. *Oratorum Romanorum Fragmenta*. 2nd ed. Turin, 1955
- Otto A. Otto. *Die Sprichwörter und sprichwörtlichen Redensarten der Römer*. Leipzig, 1890
- PCG* R. Kassel and C. Austin, ed. *Poetae Comici Graeci*. 8 vols. Berlin, 1983–
- PEGr* A. Bernabé, ed. *Poetae Epici Graeci*. Stuttgart, 1996–
- PLRE* A. H. M. Jones, J. R. Martindale, and J. Morris, ed. *Prosopography of the Later Roman Empire*. 3 vols. Cambridge, 1971–1992
- PMGr* D. Page, ed. *Poetae Melici Graeci*. Oxford, 1962
- RS* M. Crawford, ed. *Roman Statutes*. 2 vols. London, 1996
- SRPF*³ O. Ribbeck, ed. *Scaenicae Romanorum poesis fragmenta*. 3rd ed. 2 vols. Leipzig, 1897–1898

ABBREVIATIONS

- SRRR* F. Speranza, ed. *Scriptorum Romanorum de re rustica reliquiae*. Messina, 1974—
- SVF* J. von Arnim, ed. *Stoicorum veterum fragmenta*. 4 vols. Leipzig, 1903–1924
- TLL* *Thesaurus Linguae Latinae*. Leipzig, 1900—
- TrGF* B. Snell and R. Kannicht, ed. *Tragicorum Graecorum Fragmenta*. 5 vols. Göttingen, 1971–2004

SATURNALIA

<LIBER SEXTVS >¹

- 1 Hic Praetextatus, 'mirum,' inquit, 'in modum digessit Eustathius quae de Graeca antiquitate carmini suo Vergilius inseruit. sed meminimus viros inter omnes nostra aetate longe doctissimos, Rufium Caecinamque Albinos, promississe se prodituros quid idem Maro de antiquis Romanis scriptoribus traxerit, quod nunc ut fiat tempus admonet.'
2. cumque omnibus idem placeret, tum Rufius Albinus: 'etsi vereor ne dum ostendere cupio quantum Vergilius noster ex antiquiorum lectione profecerit et quos ex omnibus flores vel quae in carminis sui decorem ex diversis ornamenta libaverit, occasionem reprehendendi vel imperitis vel malignis ministrem, exprobrantibus tanto viro alieni usurpationem nec considerantibus hunc esse fructum legendi, aemulari ea quae in aliis probes, et quae maxime inter aliorum dicta mireris in aliquem usum tuum opportuna derivatione convertere, quod et nostri tam inter se quam a Graecis et Graecorum excellentes inter se saepe fecerunt.
3. et ut de alienigenis taceam, possem pluribus edocere quantum se mutuo compilarint bibliothecae veteris auctores, quod tamen opportune alias si volentibus vobis erit

¹ *add. edd.*

¹ Cf. 1.24.19.

² Cf. Serv. on A. 8.517.

<BOOK SIX>

Here Praetextatus said, 'Eustathius has done a marvelous 1
job of setting out the things Virgil borrowed from the an-
cient Greeks and inserted in his poetry. But I recall that
the men who are by far the most learned among all their
contemporaries—the two Albini, Rufius and Caecina—
undertook to put before us Virgil's borrowing from ancient
Roman authors,¹ and the hour suggests that now's the time
for their demonstration.' 2. Since this was agreeable all
around, Rufius Albinus began: 'I'm worried that as I ea-
gerly show how much our Virgil profited from his reading
of earlier poets and how he plucked blossoms from all of
them, ornamental touches from a range of sources to in-
crease his poetry's beauty, I'll provide the ignorant or mali-
cious with an opportunity to criticize him and reproach the
great man for helping himself to others' goods, without
thinking that this is one of the benefits of reading, to imi-
tate the things you approve in others and by a timely bor-
rowing to turn to your own use the words of others that you
most admire²—a form of competition that our authors en-
gaged in among themselves as much as with the Greek and
the best of the Greeks often engaged in with each other.
3. And to say nothing of non-Romans, I could tell you at
greater length how extensively the authors of our own an-
cient library borrowed from each other—but I will provide

SATURNALIA

probabo. unum nunc exemplum proferam quod ad probanda quae adsero paene sufficiet.

4. 'Afranius enim togatarum scriptor in ea togata quae Compitalia inscribitur, non inverecunde respondens arguentibus quod plura sumpsisset a Menandro, "fateor," inquit "sumpsi non ab illo modo sed ut quisquis² habuit quod conveniret³ mihi quodque⁴ me non posse melius facere credidi, etiam a Latino." 5. quod si haec societas et rerum communio poetis scriptoribusque omnibus inter se exercenda concessa est, quis fraudi Vergilio vertat, si ad excolendum se quaedam ab antiquioribus mutuatus sit? cui etiam gratia hoc nomine habenda est quod nonnulla ab illis in opus suum, quod aeterno mansurum est, transferendo fecit ne omnino memoria veterum deleteretur, quos, sicut praesens sensus ostendit, non solum neglectui⁵ verum etiam risui habere iam coepimus. 6. denique et iudicio transferendi et modo imitandi consecutus est ut quod apud illum legerimus alienum, aut illius esse malimus aut melius hic quam ubi natum est sonare miremur.

7. 'Dicam itaque primum quos ab aliis traxit vel ex dimidio sui versus vel paene solidos, post hoc locos integros

² quisque *ed. Colon. 1521 (de hoc loco v. Kaster 2010, 77–78)*

³ conveniret quod *Bentley*

⁴ quod *Bothe*

⁵ neglectui *ed. Colon. 1521: non lectui* ω

³ The comedies of (e.g.) Plautus and Terence, set in Greece and based on Greek originals of the 4th–3rd cent. BCE, were called *fabulae palliatae*, "tales in Greek dress"; original comedies set in Rome on Roman themes were correspondingly called *fabulae togatae*, "tales in Roman dress."

that demonstration on another occasion, if you wish. Now I will give you a single example that will almost suffice to establish my claim.

4. When Afranius, the author of comedies in Roman dress,³ was being accused of taking too much material over from Menander, he made the following very becoming reply in his comedy titled *Compitalia*: “I admit,” he said, “I’ve borrowed not only from him but as any author had something that met my needs, and that I thought I couldn’t improve upon, even when the other wrote in Latin.”⁴

5. But if it’s granted that writers of prose and poetry ought to engage in this sharing and exchange of material, who would blame Virgil if he borrowed some things from older writers to increase his refinement? We even owe him a debt of gratitude on this account, since by incorporating some of their material in his own work, which is destined to live forever, he saw to it that we not entirely forget those ancient authors whom—as current opinion shows—we have begun to consider not merely negligible but actually risible. 6. Thanks, furthermore, to the manner of his imitations and the good judgment he displayed in his borrowings, when we read another’s material in his setting, we either prefer to think it actually his or marvel that it sounds better than it did in its original setting.

7. ‘So here is the form my presentation will take: first, borrowings that range from half a line of Virgil to almost complete lines; then, whole passages borrowed with some

⁴ Afranius of course wrote in verse (cf. 25–28 *SRPF*³ 2:198), but M. appears to have quoted—or perhaps rather, closely paraphrased—what he wrote as prose (cf. Kaster 2010, 000).

SATURNALIA

cum parva quadam immutatione translatos sensusve ita transcriptos ut unde essent eluceret, immutatos alios ut tamen origo eorum non ignoraretur, post haec quaedam de his quae ab Homero sumpta sunt ostendam non ipsum ab⁶ Homero tulisse, sed prius alios inde sumpsisse, et hunc ab illis, quos sine dubio legerat, transtulisse.

8. Vertitur interea caelum et ruit Oceano nox.

Ennius libro sexto:

vertitur interea caelum cum ingentibus signis.

9. axem umero torquet stellis ardentibus aptum.

Ennius in primo:

qui caelum versat stellis fulgentibus aptum,

et in tertio:

caelum prospexit stellis fulgentibus aptum,

<et>⁷ in decimo:

hinc nox processit stellis ardentibus apta.

⁶ ab CJ², *om.* ω

⁷ et *om.* ω

⁵ The three divisions correspond to the balance of 6.1, 6.2, and 6.3, respectively; on the sources see *Introd.* §4.

⁶ At 5.5.5, *A.* 2.250–51 are said to be an imitation of Homer (*Il.* 8.485–86); but the point of similarity between Virgil and Ennius (“the heavens . . . revolve”) does not appear in Homer.

BOOK VI. 1.7-1.9

small adjustment, or thoughts taken over in such a way that their place of origin is clear, or other passages that have in fact been changed, though their source is still recognizable; then I shall show that Virgil himself did not borrow some of the material taken from Homer, but rather that other earlier authors borrowed from Homer, and he in turn took it from those authors, whom he'd doubtless read.⁵

8. The heavens, meanwhile, revolve and night rushes
on from Ocean. (A. 2.250)⁶

Ennius in Book 6⁷ (205 Sk.):

The heavens, meanwhile, revolve with their vast
constellations.

9. Upon his shoulder he makes the vault of heaven
turn, studded with blazing stars. (A. 4.482)

Ennius in Book 1 (27 Sk.):

Who makes heaven wheel, studded with shining stars,
and Book 3 (145 Sk.):

He looked out at heaven, studded with shining stars,
and Book 10 (348 Sk.):

From this point night went on, studded with blazing
stars.

⁷ Citations of Ennius by book-number refer throughout to his *Annals*.

SATURNALIA

10. conciliumque vocat divum pater atque hominum
rex.

Ennius in sexto:

tum cum corde suo divum pater atque hominum rex
effatur.

11. est locus, Hesperiam Grai cognomine dicunt.

Ennius in primo:

est locus Hesperiam quam mortales perhibebant.

12. tuque, o Thybri tuo genitor cum flumine sancto
...

Ennius in primo:

teque, pater Tiberine, tuo cum flumine sancto . . .

13. accipe daque fidem: sunt nobis fortia bello
pectora . . .

Ennius in primo:

accipe daque fidem foedusque feri bene firmum.

14. et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

Ennius in primo:

. . . cum superum lumen nox intempesta teneret.

⁸ Cf. also Enn. 591–92 Sk.

⁹ For the quasi-formulaic phrase “deepest night” (*nox intempesta*) cf. also A. 3.587 and 12.846 with 160 Sk.

BOOK VI. 1.10–1.14

10. And the father of gods and king of men summons
his council. (A. 10.2)

Ennius in Book 6 (203–4 Sk.):

Then from his heart the father of gods and king of
men
speaks out.⁸

11. There is a place, Hesperia the Greeks call it.
(A. 1.530)

Ennius in Book 1 (20 Sk.):

There is a place that mortals speak of as Hesperia.

12. And you, father Thybris, with your holy
stream. . . . (A. 8.72)

Ennius in Book 1 (26 Sk.):

And you, father Tiberinus, with your holy stream. . . .

13. Receive my solemn word and give me yours: we
have hearts that are gallant
in war. . . . (A. 8.150–51)

Ennius in Book 1 (32 Sk.):

Receive my solemn word and give me yours, and
strike a good, strong treaty.

14. And deepest night held the moon in a cloud. (A.
3.587–88)

Ennius in Book 1 (33 Sk.):

. . . when deepest night held the light of heaven.⁹

SATURNALIA

15. Tu tamen interea calido mihi sanguine poenas
persolves . . .

Ennius in primo:

nec pol homo quisquam faciet impune animatus
hoc nec⁸ tu, nam mi calido das⁹ sanguine poenas.

16. Concurrunt undique telis
indomiti agricolae . . .

Ennius in tertio:

postquam defessi sunt, †stant et† spargere sese
hastis ansatis, concurrunt undique telis.

17. Summa nituntur opum vi.

Ennius in quarto:

Romani scalis summa nituntur opum vi,

et in sexto decimo:

reges per regnum statuasque sepulcraque quaerunt,
aedificant nomen, summa nituntur opum vi.

18. Et mecum ingentes oras evolvite belli.

⁸ nec *Baehrens*: nisi *ω*

⁹ das] dabis *DServ. ad A. 9. 420*

BOOK VI. 1.15-1.18

15. Still, you now will pay your debt to me with your
hot
blood. . . . (A. 9.422†-23)

Ennius in Book 1 (94-95 Sk.):

No man alive, by god, will do this and go unpunished,
nor will you: you pay your debt to me with your hot
blood.

16. From all sides the undaunted yeoman
come charging with their lances (A. 7.520-21)

Ennius Book 3 (143-44 Sk.):

After they become weary . . . of showering one
another
with their thonged spears, they come charging from
all sides with their lances.

17. They strive with all their might
and main. (A. 12.552*)

Ennius in Book 4 (151 Sk.):

On the ladders the Romans strive with all their might
and main,

and Book 16 (404-5 Sk.):

By their rule kings seek statues, and memorials after
death,
they build up their fame, they strive with all their
might and main.

18. And unscroll with me the vast reaches of war.
(A. 9.528†)

SATURNALIA

Ennius in sexto:

quis potis ingentes oras evolvere belli?

19. Ne qua meis dictis esto¹⁰ mora: Iuppiter hac stat.

Ennius in septimo:

non semper vestra evertit: nunc Iuppiter hac stat.

20. Invadunt urbem somno vinoque sepultam.

Ennius in octavo:

nunc hostes vino domiti somnoque sepulti.

21. tollitur in caelum clamor, cunctique Latini . . .

Ennius in septimo decimo:

tollitur in caelum clamor exortus utrisque.¹¹

22. quadrupedante putrem sonitu quatit ungula
campum.

Ennius in sexto:

explorant Numidae:¹² totam quatit ungula terram,

idem in octavo:

¹⁰ dictis esto] esto dictis *Verg.* ¹¹ utrisque] utrimque
Merula ¹² Numidae *ed. Ven. 1472*: (h)umidae ω

¹⁰ Cf. also *A.* 12.462 and *Enn.* 545 Sk.

¹¹ There being no event in *Annals* 6 with which Numidian cavalry can plausibly be linked, editors generally assume that the number M. gives is incorrect and assign the fragment to Book 7, where the second Punic War was treated.

BOOK VI. 1.18–1.22

Ennius in Book 6 (164 Sk.):

Who can unscroll the vast reaches of war?

19. Let no delay attend my words: now Jupiter stands
on our side. (A. 12.565)

Ennius in Book 7 (232 Sk.):

He does not always overturn your [interests]: now
Jupiter stands on our side.

20. They attack a city buried in sleep and drink.
(A. 2.265)

Ennius in Book 8 (288 Sk.):

Now the enemy were overcome by wine and buried
in sleep.

21. A cry is raised to heaven, and all the Latins . . .
(A. 11.745)

Ennius in Book 17 (428 Sk.):

On both sides a cry begins and is raised to heaven.¹⁰

22. The hoof shakes the crumbling plain with its four-
footed beat. (A. 8.596)

Ennius in Book 6 (242 Sk.):¹¹

The Numidians go scouting: the hoof shakes the
earth all round,

again in Book 8 (263 Sk.):

SATURNALIA

consequitur, summo sonitu quatit ungula terram,
idem in septimo decimo:

it eques et plausu cava concutit ungula terram.

23. unus qui nobis cunctando restituit¹³ rem.

Ennius in duodecimo:

unus homo nobis cunctando restituit rem.

24. corrui in vulnus: sonitum super arma dederunt.

Ennius in sexto decimo:

concidit et sonitum simul insuper arma dederunt.

25. et iam prima novo spargebat lumine terras.

Lucretius in secundo:

. . . cum primum aurora respergit¹⁴ lumine terras.

26. . . . flammaram longos a tergo involvere¹⁵ tractus.

Lucretius in secundo:

nonne vides longos flammaram ducere tractus?

¹³ restituit (*ex sequent., lapsu Macrob.*) -is Verg.

¹⁴ cum primum aurora respergit] primum aurora novo cum spargit *Lucr.* ¹⁵ involvere] albescere *Verg.*

¹² Cf. Serv. on A. 6.845.

¹³ Serv. on this verse rightly cites *Il.* 4.504.

¹⁴ Cf. DServ. on A. 9.459.

¹⁵ A. 4.584–85 (cf. §31 below) are treated as a direct imitation of Homer at 5.6.15 (cf. also 5.9.11).

[The cavalry] follows, and the hoof shakes the earth
with a din,

again in Book 17 (431 Sk.):

The cavalry passes, the hollow hoof shakes the earth
with its beat.

23. The one man who restored our state by his delay.
(A. 6.846)¹²

Ennius in Book 12 (363 Sk.):

One man restored our state by his delay.

24. He fell forward onto his wound, his arms
clattered atop him. (A. 10.488)¹³

Ennius in Book 16 (411 Sk.):

He collapsed and at once his arms clattered atop him.

25. And [Aurora] was starting to dapple the lands
with a new day's light. (A. 4.584)¹⁴

Lucretius in Book 2 (144):

. . . when first the dawn dapples the earth with light.¹⁵

26. . . . coiling long trailers of flame from behind. (G.
1.367)

Lucretius in Book 2 (207):

Don't you see [them] drawing long trailers of flame?

SATURNALIA

27. . . . ingeminant abruptis nubibus ignes.

Lucretius in secundo:

nunc hinc, nunc illinc abruptis¹⁶ nubibus ignes . . .

28. . . . belli simulacra ciebat.

Lucretius in secundo:

. . . componunt,¹⁷ complent: belli simulacra cientur.¹⁸

29. simulacraque luce carentum.

Lucretius in quarto:

. . . cum saepe figuras
contuimur miras simulacraque luce carentum.

30. asper, acerba tuens, retro redit . . .

Lucretius in quinto:

asper, acerba tuens, immani corpore serpens . . .

31. Tithoni croceum linquens Aurora cubile.

Furius in primo annali:

interea Oceani linquens Aurora cubile.

¹⁶ abruptis] -ti *Lucr.*

¹⁷ componunt] camporum *Lucr.*

¹⁸ cientur] cientes *Lucr.*

BOOK VI. 1.27–1.31

27. . . . the clouds explode, the fires redouble.
(A. 3.199)

Lucretius in Book 2 (214):

Now on this side, now on that the clouds explode, the
fires . . .

28. . . . was summoning up
images of war. (A. 5.674)

Lucretius in Book 2 (324):

. . . arrange and fill: images of war are summoned up.

29. and images of those who've
lost the light of life. (G. 4.472)

Lucretius in Book 4 (38–39):

. . . when often we spy uncanny
shapes and likenesses of those who've lost the light of
life.

30. Fierce, with bitter glances, he retreats. . . .
(A. 9.794)

Lucretius in Book 5(33):

Fierce, with bitter glances, the snake of monstrous
bulk . . .

31. Aurora was leaving Tithonus' saffron-hued bed.
(A. 4.585)

Furius in Book 1 of his *Annals* (fr. 7 *FPL*³):

Meanwhile Aurora was leaving Ocean's bed.

SATURNALIA

32. quod genus hoc hominum quaeve hunc tam
barbara morem . . . ?

Furius in sexto:

quod genus hoc hominum, Saturno sancte create?

33. . . . rumoresque serit varios ac talia fatur . . .

Furius in decimo:

rumoresque serunt varios et multa requirunt.

34. . . . nomine quemque vocans reficitque ad¹⁹
proelia pulsos.

Furius in undecimo:

. . . nomine quemque ciet, dictorum tempus adesse
commemorat,

deinde infra :

confirmat dictis simul atque exsuscitat acris
ad bellandum animos reficitque ad proelia mentes.

35. Dicite, Pierides: non omnia possumus omnes.

Lucilius in quinto:

maior erat natu: non omnia possumus omnes.

¹⁹ ad] in *Verg.*

¹⁶ The tag "we cannot all do all things" seems to be treated as a Virgilian original at 5.16.7.

BOOK VI. 1.32-1.35

32. What race of men is this, what barbarous [land permits] such behavior . . . ? (A. 1.539)

Furius in Book 6 (fr. 11 *FPL*³):

What race of men is this, holy offspring of Saturn?

33. . . . and sows the seeds of varied rumor and speaks as follows . . . (A. 12.228)

Furius in Book 11 (fr. 12 *FPL*³):

They sow the seeds of varied rumors and ask many questions.

34. . . . calling on each by name, and refreshes them for battle after their repulse. (A. 11.731)

Furius in Book 11 (fr. 13 *FPL*³):

He calls on each by name, tells them the time for what was said is at hand,

then further on (fr. 14 *FPL*³):

He bucks them up with his words, at the same time rousing their keen spirits for war and readying their thoughts again for battle.

35. Speak, maidens of Pieria: we cannot all do all things (*E.* 8.63)

Lucilius in Book 5 (224):

He was the elder: we cannot all do all things.¹⁶

SATURNALIA

36. Diversi circumspiciunt, hoc acrior idem . . .

Pacuvius in *Medea*:²⁰

diversi circumspicimus, horror percipit.

37. Ergo iter inceptum peragunt²¹ rumore secundo.

Sueius in libro quinto:

. . . redeunt, repetita ferunt²² rumore secundo.

38. Numquam hodie effugies: veniam, quocumque vocaris.

Naeivius in *Equo Troiano*:

numquam hodie effugies, quin mea manu moriari.²³

39. Vendidit hic auro patriam dominumque potentem imposuit: fixit leges pretio atque refixit.

Varius de morte:

vendidit hic Latium populis agrosque Quiritum eripuit, fixit leges pretio atque refixit.

40. . . . ut gemma bibat et Sarrano dormiat ostro.

Varius de morte:

. . . incubet ut Tyriis atque ex solido bibat auro.

²⁰ *Medea* (cf. *DServ. ad A. 11.543*) [*Medo Schrijver et al.*

²¹ peragunt (*codd. Ra Verg., Non. 385.7, ex A. 6.384*)] celerant *codd. cett. Verg.*

²² repetita ferunt *Courtney*: referunt petita ω

²³ mea moriaris manu *Ribbeck*

BOOK VI. 1.36–1.40

36. Scattered, they look all around, more fiercely now
he again . . . (A. 9.416)

Pacuvius in his *Medea* (224 SRPF³ 1:119):

Scattered, we look all around, dread seizes [us].

37. With a murmur of approval, then, they resume
the journey begun. (A. 8.90)

Sueius in Book 5 (fr. 7 FPL³):

. . . with a murmur of approval they return, carrying
what they'd recovered.

38. You'll never escape today: to wherever you
challenge me, I'll come. (E. 3.49)

Naevius in his *Trojan Horse* (14 SRPF³ 1:9):

You'll never escape today dying by my hand.

39. This one sold his homeland for gold and installed
a mighty
despot: for a price he posted and rescinded laws.
(A. 6.621–22)

Varius in his *On Death* (fr. 1 FPL³):

This one sold Latium to the nations and from native
Romans took
their fields, for a price he posted and rescinded laws.

40. . . . that he might drink from a gem-encrusted
cup and sleep on Tyrian purple. (G. 2.506)

Varius in his *On Death* (fr. 2 FPL³):

. . . that he might lie on Tyrian cloth and drink from
solid gold.

SATURNALIA

41. "talìa saecla," suis dixerunt, "currìte," fusi.

Catullus:²⁴

currìte, ducenti subtemine,²⁵ currìte fusi.

42. . . . felix, heu nimium felix, si litora tantum
numquam Dardaniae tetigissent nostra carinae.

Catullus:

Iuppiter omnipotens, utinam non²⁶ tempore primo
Cnosia Cecropiae tetigissent litora puppes.

43. . . . magna ossa lacertosque
extulit²⁷ . . .

Lucilius²⁸ in septimo decimo:

. . . magna ossa lacertique
apparent homini . . .

44. . . . placidam per membra quietem
irrigat.

Furius in primo:

. . . mitemque rigat per pectora somnum.

et Lucretius in quarto:

. . . nunc quibus ille modis somnus per membra
quietem
inrigat²⁹ . . .

²⁴ Catullus S: -tulus ω (sic et in §42)

²⁵ ducenti subtemine] ducentes subtegmina *Catull.*

²⁶ non] ne *Catull.* ²⁷ extulit] exiit *Verg.*

41. "Hasten on, age of gold," they sang to their shuttles. (*E.* 4.46)

Catullus (64.327):

Hasten, shuttles, hasten on, as the weft leads the way.

42. . . . happy, alas, all too happy, if only Trojan ships had never touched our shores. (*A.* 4.657-58)

Catullus (64.171-72):

Almighty Jupiter, would that Athenian ships had never touched Cretan shores in the first place.

43. . . . he raised high his big-boned arms . . . (*A.* 5.422-23)

Lucilius in Book 17 (548-49):

. . . the fellow's big-boned arms are evident

44. . . . causes peaceful rest to seep through his limbs. (*A.* 1.691-92)

Furius in Book 1 (fr. 9 *FPL*³):

. . . makes gentle sleep seep through his breast.

and Lucretius in Book 4 (907-8):

. . . Now in the way that sleep makes rest seep through the limbs. . . .

²⁸ Lucilius *ed. Basil. 1535 in marg.*: Lucius *a*, Lucretius β_2

²⁹ *inrigat*] -get *Lucr.*

SATURNALIA

45. . . . camposque liquentes.

Lucretius in sexto [simile de mari]:³⁰

. . . et liquidam molem camposque natantes . . .

46. . . . et³¹ geminos, duo fulmina belli,
Scipiadas . . .

Lucretius in tertio:

. . . Scipiades,³² belli fulmen, Carthaginis horror.

47. . . . et ora
tristia temptantum sensu torquebit amaro.

Lucretius in secundo:

. . . foedo pertorquent ora sapore.

48. . . . morte obita quales fama est volitare figuras.

Lucretius in primo:

. . . cernere uti videamur eos³³ audireque coram,
morte obita quorum tellus amplectitur ossa.

hinc est et illud Vergilii:

. . . et patris Anchisae gremio complectitur ossa.

³⁰ *secl. Jan*

³¹ *et] aut Verg.*

³² *Scipiades] -das Lucr.*

³³ *eos ed. Lugd. Bat. 1670 ex Lucr.: eas ω*

¹⁷ At *G.* 2.246 Servius cites *Lucr.* 4.224, which has a slightly different text.

45. . . . and the liquid plains.

(A. 6.724)

Lucretius in Book 6 (405):

. . . and the liquid mass and floating plains . . .

46. . . . and the pair of Scipios, two thunderbolts
of war . . . (A. 6.842-43).

Lucretius in Book 3 (1034):

. . . Scipios, the thunderbolt of war, the terror of
Carthage.

47. . . . And will pucker
the lips of those who try it with its bitter taste.

(G. 2.246-47)¹⁷

Lucretius in Book 2 (401):

. . . pucker the lips with the disgusting taste.

48. . . . like the shapes that flit about, they say, after
death. (A. 10.641)

Lucretius in Book 1 (134-35):

. . . so that we seem to see and hear before us those
whose bones the earth enfolds after death.

From the latter comes this Virgilian line (A. 5.31):

. . . and enfolds the bones of father Anchises in its
bosom.

SATURNALIA

49. . . . ora modis attollens pallida miris.

Lucretius in primo:

. . . sed quaedam simulacra modis pallentia miris . . .

50. tum gelidus toto manabat corpore sudor.

Ennius in sexto decimo:

tunc timido manat ex omni corpore sudor.

51. labitur uncta vadis abies . . .

Ennius in quarto decimo:

labitur uncta carina, volat super impetus undas.

52. . . . ac ferreus ingruit imber.

Ennius in octavo:

hastati spargunt hastas, fit ferreus imber.

53. apicem tamen incita summum

hasta tulit.

Ennius in sexto [decimo]:³⁴

. . . tamen induvolans secum abstulit hasta
insigne.

³⁴ decimo *seclusi* (ut ex §50 *irrepens*), †decimo† *initio Enniani coniungit Skutsch post Strzlecki*

¹⁸ Cf. also 396 Sk., in the passage (391–98 Sk.) quoted at 6.3.3.

¹⁹ Cf. also A. 4.398 and 505 Sk.

BOOK VI. 1.49-1.53

49. . . . his face looming, uncanny pale. (A. 1.354)

Lucretius in Book 1 (123):

. . . but certain images, uncanny pale . . .

50. Then a clammy sweat trickles over his entire
body. (A. 3.175)

Ennius in Book 16 (417 Sk.):

Then in his fear sweat trickles from his entire body.¹⁸

51. The greased keel glides over the shallows . . .
(A. 8.91)

Ennius in Book 14 (376 Sk.):

The greased keel glides, its onrush flies over the
waves.¹⁹

52. . . . and an iron rain comes rushing
down. (A. 12.284)

Ennius in Book 8 (266 Sk.):

The spearmen send their spears broadcast, an iron
rain arises.

53. Still, the speeding spear carried off
the topmost
peak of his helmet. (A. 12.492-93)

Ennius in Book 6 (173-74 Sk.):

. . . Still, the spear as it fled carried off
the emblem.

SATURNALIA

54. pulverulentus eques furit: omnes arma requirunt.

Ennius in sexto:

... balantum pecudes quatit: omnes arma requirunt.

55. nec visu facilis nec dictu affabilis ulli.

Accius in Philoctete:

... quem neque tueri contra neque adfari³⁵ queas.

56. aut spoliis ego iam raptis laudabor opimis
aut leto insigni.

Accius in armorum iudicio:

nam tropaeum ferre me a forti viro
pulchrum est; si autem vincar, vinci a tali nullum³⁶ est
probrum.

57. Nec si miserum fortuna Sinonem
finxit, vanum etiam mendacemque improba finget.

Accius in Telepho:

nam si a me regnum fortuna atque opes
eripere quivit, at virtutem nequit.³⁷

58. Disce, puer, virtutem ex me verumque laborem,
fortunam ex aliis.

³⁵ adfari] fari *Ribbeck*

³⁶ post nullum *add. mi G. Hermann*, nullum est a tali *Bothe*

³⁷ nequit (*contra metrum*)] necquit *Ribbeck in app.*

²⁰ The subject is perhaps "terror" or "the wolf" (*Skutsch*).

BOOK VI. 1.54-1.58

54. The dusty cavalryman is in a rage, all look for
their arms. (A. 7.625)

Ennius in Book 6 (169 Sk.):

... makes²⁰ the bleating flocks quiver, all look for
their arms.

55. For no man an easy sight to see nor agreeable to
address. (A. 3.621)

Accius in *Philoctetes* (538 SRPF³ 1:237):

... whom you could neither look upon nor address.

56. I shall win glory, whether by snatching the richest
spoils
or by a distinguished death. (A. 10.449-50)

Accius in *The Judgment of Arms* (148-49 SRPF³ 1:179):

For it is a fine thing for me to take a trophy
from a hero; but if I should lose, losing to such a man
is no shame.

57. No, even if a wicked fortune has molded Sinon in
the shape
of a wretch, it shall not also make him an empty liar.
(A. 2.79-80)

Accius in *Telephus* (619-20 SRPF³ 1:250):

For if fortune could take from me my kingdom
and my wealth, she was not able to steal my honor.

58. Learn of courage from me, my child, and real
labor;
but learn of luck from others. (A. 12.435-36)

SATURNALIA

Accius in armorum iudicio:

virtuti sis³⁸ par, dispar fortunis patris.

59. iam iam nec maxima Iuno
nec Saturnius haec oculis pater aspicit aequis.

Accius in Antigona:

iam iam neque di regunt,
neque profecto deum summus rex omnibus curat.³⁹

60. num capti potuere capi? num incensa cremavit
Troia viros?

Ennius in decimo, cum de Pergamis loqueretur:

. . . quae neque Dardaniis campis potuere perire
nec cum capta capi nec cum combusta cremari.

61. . . . multi praeterea, quos fama obscura recondit.

Ennius in Alexandro:

multi alii adventant, paupertas quorum obscurat
nomina.

62. audentes fortuna iuvat.

Ennius in septimo:

fortibus est fortuna viris data.

³⁸ virtuti sis C: -tis is P β_2 (-tis his N), -ti is C

³⁹ rex omnibus curat] res curat hominibus *Buecheler*

²¹ Soph. *Ajax* 550–51 is the common model of both.

BOOK VI. 1.58–1.62

Accius in *The Judgment of Arms* (156 SRPF³ 1:180):

Be like your father in courage, unlike him in luck.²¹

59. Now, now neither greatest Juno
nor the father, Saturn's son, looks impartially upon
these deeds. (A. 4.371–72)

Accius in *Antigone* (142–43 SRPF³ 1:178):

Now, now neither the gods are in charge
nor, surely, does the gods' supreme ruler care for all.

60. Couldn't they stay captive once captured?
Couldn't Troy in flames
have consumed her heroes? (A. 7.295–96)

Ennius in Book 10, when he's speaking about Pergamum
(344–45 Sk.):

... which could neither perish on the Dardanian
plains
nor stay captive when captured nor burn when set
afire.

61. . . . many men besides, whose fame is clouded
and obscure. (A. 5.302)

Ennius in *Alexander* (36 SRPF³ 1:23 = 68 Jocelyn):

Many others come, whose renown poverty makes
obscure.

62. Fortune favors the bold. (A. 10.254)

Ennius in Book 7 (233 Sk.):

Good fortune has been granted to heroes.

SATURNALIA

63. Recoquunt patrios fornacibus enses

et

curvae rigidum falces conflantur in ensem.

Lucretius in quinto:

inde minutatim processit ferreus ensis
versaue in obscenum⁴⁰ species est falcis aënae.

64. pocula sunt fontes liquidi atque exercita cursu
flumina.

Lucretius in quinto:

at⁴¹ sedare sitim fluvii fontesque vocabant.

65. Quos rami fructus, quos ipsa volentia rura
sponte tulere sua, carpit.

Lucretius in quinto:

quod sol atque imbres dederant, quod terra creatat
sponte sua, satis id placabat pectora donum.

- 2 'Post versus ab aliis vel ex integro vel ex parte translatos,
vel quaedam immutando verba tamquam fūco alio tinctos,
nunc locos locis componere sedet animo, ut unde formati
sint quasi de speculo cognoscas.

⁴⁰ obscenum (*cf.* A. 4. 455)] opprobrium *Lucr.*

⁴¹ at *Lucr.*: ad ω

BOOK VI. 1.63–2.1

63. In their furnaces they forge anew their fathers'
swords (A. 7.636)

and

curved scythes are recast to make a sturdy sword.
(G. 1.508)

Lucretius in Book 5 (1293–94):

From that source, little by little, there came the iron
sword
and the bronze scythe's shape was turned to
something foul.

64. To drink they have clear springs and rivers
running
wild. (G. 3.529–30)

Lucretius in Book 5 (945):

But streams and springs invited them to soothe their
thirst.

65. The fruit that the branches, the field themselves
with a will
offered all on their own, he plucks. (G. 2.500–1)

Lucretius in Book 5 (937–38):

What the sun and rain had given, what the earth had
borne
all on its own soothed their hearts, a sufficient gift.

'So much for lines borrowed wholly or in part from 2
other authors, or lines that are, as it were, tinged a differ-
ent hue by the change of certain words: now it's my aim to
compare parallel passages, so that you might recognize the
model after which its mirror image was formed.

SATURNALIA

2. Nec sum animi dubius, verbis ea vincere magnum
quam sit et angustis hunc addere rebus honorem.
sed me Parnassi deserta per ardua dulcis
raptat amor: iuvat ire iugis, qua nulla priorum
Castaliam molli devertitur orbita clivo.

3. Lucretius in primo:

nec me animi fallit quam sint obscura, sed acri
percussit thyrsos laudis spes magna meum cor
et simul incussit suavem mi⁴² in pectus amorem
Musarum, quo nunc instinctus mente vigenti
avia Pieridum peragro loca nullius ante
trita solo.

4. 'Accipite et alterum locum Maronis illi unde traxerat
comparandum, ut eundem colorem ac paene similem so-
num loci utriusque reperiatis.

Vergilius:

si non ingentem foribus domus alta superbis

⁴² mi ed. Ven. 1500, *Lucr.*: mihi ω

BOOK VI. 2.2-2.4

2. I have not a doubt in my mind how great a task it is
to master
this topic with my words and add this luster to a
paltry theme.
But a passion for sweet Parnassus carries me along
over
places deserted and steep: it is a delight to traverse
the ridges where
no forerunner's path turns down the gentle slope
toward Castalia. (G. 3.289-93*)

3. Lucretius in Book 1 (922-27):

Nor am I deceived how obscure my subject is, but a
great
hope of glory has struck my heart with a fierce
inspiration
and at the same time instilled in my chest an alluring
love
of the Muses: aroused now by that love, my thoughts
quickenings,
I make my way over the Muses' trackless places that
have til now
been trod by no man's foot.

4. 'Now here's another passage of Maro that you should
compare with his source, to see how both passages have
the same coloring and almost sound alike.

Virgil (G. 2.461-43):

If a lofty household with arrogant doors does not
spew

SATURNALIA

mane salutantum totis vomit aedibus undam,
nec varios inhiant pulchra testudine postes . . .

et mox :

at segura quies et nescia fallere vitam,⁴³
dives opum variarum, at laetis⁴⁴ otia fundis,
speluncae vivique lacus, at frigida tempe
mugitusque boum mollesque sub arbore somni
non absunt, illic saltus ac lustra ferarum
et patiens operum exiguoque adsueta iuventus.

5. Lucretius in libro secundo:

. . . si non aurea sunt iuvenum simulacra per aedes
lampadas igniferas⁴⁵ manibus retinentia dextris,
lumina nocturnis epulis ut suppeditentur,
nec domus argento fulgens auroque renidens⁴⁶
nec citharam⁴⁷ reboant laqueata aurataque templa,⁴⁸
cum tamen inter se prostrati in gramine molli
propter aquae rivum sub ramis arboris altae

⁴³ vitam (*codd.* PRachsv *Verg.*)] vita R, *codd. cett. Verg., Serv. et alii gramm.*

⁴⁴ laetis (*agnosc. Schol. Bern. ad loc.*)] latis *Verg.*

⁴⁵ igniferas PG: igne feras N β_2

⁴⁶ fulgens . . . renidens] fulget . . . renidet *Lucr.* (*fulgenti Lachmann*)

⁴⁷ citharam] -rae *Lucr.*

⁴⁸ templa *ed. Ven. 1513 e Lucr.*: tempe ω (*cf. 6.4.21 tecta*)

a huge wave of morning visitors from every nook and
 cranny,
 if they do not goggle at doorposts made intricate with
 fine tortoise-shell . . . ,

followed soon by (*G.* 2.467-72),

Still, there's tranquility, secure and unschooled in the
 ways
 that lead life astray, rich in a range of goods; still,
 there's the rest
 that comes to fertile fields, the grottoes and natural
 pools;
 still, there are cool valleys, lowing cattle, the soft
 times
 of sleep beneath a tree; the mountain passes and
 haunts of beast
 are there, and young men inured to toil and
 accustomed to little.

5. Lucretius in Book 2 (24-33):

. . . if dwellings there do not have gilded statues of
 youths
 throughout, holding fiery torches in their right hands
 to give light to banquets that last through the night,
 if the household there does not shine with silver and
 gleam with gold,
 if precincts there do not echo, coffered and gilded,
 with the lyre,
 when—nonetheless—they loll in casual clusters on
 the soft grass
 by a watery stream under a tall tree's limbs

SATURNALIA

non magnis opibus iucunde corpora curant,
praesertim cum tempestas arridet et anni
tempora conspergunt viridantes floribus herbas.

6. Non umbrae altorum nemorum, non mollia
possunt
prata movere animum, non qui per saxa volutus
purior electro campum petit amnis..

Lucretius in secundo:

nec tenerae salices atque herbae rore virentes⁴⁹
fluminaque ulla⁵⁰ queunt summis labentia ripis
oblectare animum subitamque avertere curam.

7. ipsius vero pestilentiae, quae est in tertio Georgicorum,
color totus et liniamenta paene omnia tracta sunt de de-
scriptione pestilentiae quae est in sexto Lucretii. nam Ver-
giliana incipit:

hic quondam morbo caeli miseranda coorta est
tempestas, totoque autumnu incanduit aestu
et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum.

Lucretii vero sic incipit:

haec ratio quondam morborum et mortifer aestus

⁴⁹ virentes] vigentes *Lucr.*

⁵⁰ ulla (*cod. O² Lucr.*) illa *Lucr.*

BOOK VI. 2.5-2.7

and see to their bodies' needs pleasantly and at no
great cost,
especially when the weather smiles and
the season sprinkles the green grass with flowers.

6. The shadows of tall groves, the gently rippling
meadows cannot lift the spirit, nor the stream, more
lucid
than amber, that tumbles over rocks and seeks the
plain. (G. 3.520-22)

Lucretius in Book 2 (361-63):

Neither tender willows and grasses green and dewy
nor rivers gliding past the tops of their banks can
beguile the mind and turn aside a sudden anxious
thought.

7. The whole coloring and almost all the brush-strokes of
the depiction of the plague in Book 3 of the *Georgics*
(478*-566) are drawn from the description in Book 6 of
Lucretius (1138-1286). The Virgilian description begins
(478-80),

Here, once upon a time, from a heaven-borne illness
a dreadful
season arose and burned the whole seething length of
autumn,
giving over to death all beasts of the farm, all beasts
of the wild.

Lucretius' description begins this way (1138-40):

Once upon a time, this guiding principle of disease
and a deadly

SATURNALIA

finibus in Cecropis funestos reddidit agros
vastavitque vias, exhaustis civibus urbem.

8. sed quatenus totum locum utriusque ponere satis longum est, excerptam aliqua ex quibus similitudo geminae descriptionis appareat. Vergilius ait:

tum vero ardentes oculi atque attractus ab alto
spiritus, interdum gemitu gravis, imaque longo
ilia singultu tendunt, it naribus ater
sanguis et oppressas⁵¹ fauces premit aspera lingua.

9. Lucretius ait:

principio caput incensum fervore gerebant,
et duplices oculos suffusa luce rubentes.
sudabant etiam fauces intrinsecus artae⁵²
sanguine, et ulceribus vocis via saepta coibat,
atque animi interpretes manabat lingua cruore,
debilitata malis, motu gravis, aspera tactu.

10. Vergilius ait:

haec ante exitium primis dant signa diebus,

⁵¹ oppressas] obsessas *Verg.*

⁵² artae] atrae *Lucret.*

sweltering made the field a morgue in the land of
Cecrops,
laying waste the byways, draining the city of its
citizens.

8. But insofar as quoting all of both passages is quite a long task, I'll present some excerpts that will make the similarity of the two descriptions apparent. Virgil says (505-8):

Then indeed the eyes are bright and bloodshot, a sigh
is drawn
from deep in the chest, now and again weighed down
with a groan,
long, gasping breaths strain the gut, black blood
pours
from the nostrils, the tongue becomes rough and
blocks the throat.

9. Lucretius says (1145-50):

At first, they walked about with heads on fire with
fever,
their two eyes bloodshot and gleaming.
Their throats, too, were constricted, they oozed
blood, the pathway of the voice was blocked and
closed with sores,
and the tongue, the mind's interpreter, dripped with
gore,
weakened by the illness, clumsy in its movement,
rough to the touch.

10. Virgil says (503),

These were the signs they gave in the first days
before they died,

SATURNALIA

et quae darent signa supra retulit, id est:⁵³

demissae aures, incertus ibidem
sudor et ille quidem morituris frigidus, aret
pellis et attactu⁵⁴ tractanti dura resistit.

11. Lucretius ait:

multaque praeterea mortis tunc signa dabantur:
perturbati⁵⁵ animi, mens in maerore metuque,
triste supercilium, furiosus vultus et acer,
sollicitae porro plenaeque sonoribus aures,
creber spiritus aut ingens raroque coortus,
sudorisque madens per collum splendidus umor,
tenuia sputa, minuta, croci contacta colore
salsaque, per fauces raucas vix edita tussis.⁵⁶

12. Vergilius ait:⁵⁷

profuit inserto latices infundere cornu
Lenaeos: ea visa salus morientibus una.
mox erat hoc ipsum exitio.

Lucretius ait:

nec ratio remedi communis certa dabatur:
nam quod alis⁵⁸ dederat vitalis aëris auras
volvère in ore licere⁵⁹ et caeli templa tueri,
hoc aliis erat exitio letumque parabat.

⁵³ id est *ae*: idem PRF

⁵⁴ attactu (*cod. n Verg.*)] ad tactum *Verg.*

⁵⁵ perturbati] -ta *Lucr.*

⁵⁶ raucas . . . tussis] rauca . . . tussi *Lucr.*

⁵⁷ ait PG, *om.* N β_2 ⁵⁸ alis] ali *Lucr.*

⁵⁹ licere *ed. Ven. 1513, Lucr.*: liceret ω

and he recounted the signs immediately preceding, namely (500-2),

Their ears drooped and at the same time a fitful sweat arose, the clammy sort typical of the dying; their hide was hot and did not yield when palpated.

11. Lucretius says (1182-89):

Then they gave many signs of death besides:
mind disturbed, thoughts sunk in grief and fear,
brow distraught, looks wild and fierce,
ears beset by constant roaring to boot,
breathing rapid or an occasional great sigh,
neck clammy with a glistening slick of sweat,
spittle thin and sparse, bright yellow and salty,
coughing that scarcely escaped their rasping throats.

12. Virgil says (509-11):

It did some good to pour liquid Bacchus in through a funnel: that seemed the only help for the dying.
Soon this proved deadly itself.

Lucretius says (1226-29):

Nor was there at hand any generally reliable cure: the
thing
that had allowed some to feel on their faces the sky's
life-giving breeze and to see the precincts of heaven
proved deadly for others and sealed their doom.

SATURNALIA

13. Vergilius ait:

praeterea nec mutari iam⁶⁰ pabula refert
quaesitaeque nocent artes, cessere magistri.

Lucretius ait:

nec requies erat ulla mali: defessa iacebant
corpora, mussabat tacito medicina timore.

14. Vergilius ait:

ipsis est aër avibus non aequus et illae
praecipites alta vitam sub nube relinquunt.

Lucretius ait:

nec tamen omnino temere illis sedibus⁶¹ ulla
comparebat avis nec tristia saecla ferarum
exsuperant⁶² silvis, languebant pleraque morbo
et moriebantur.

nonne vobis videntur membra huius descriptionis ex uno
fonte manasse? 15. sed rursus locos alios comparemus:

gaudent perfusi sanguine fratrum,
exilioque domos et dulcia limina mutant.

Lucretius in tertio:

⁶⁰ nec mutari iam] iam nec mutari *codd. plerique Verg.*, nec
iam mutari *codd. cett. Verg.*

⁶¹ sedibus] solibus *Lucr.*

⁶² exsuperant] exhibant *Lucr.*

13. Virgil says (548–49):

Besides, it makes no difference now to change their
feed,
healing arts do harm when applied, their masters
withdraw in defeat.

Lucretius says (1178–79):

Nor did the evil known any respite: their bodies lay
exhausted, physicians reduced to muttering in silent
fear.

14. Virgil says (546–47):

The air was cruel to the very birds, who fell
headlong and left their life beneath a lofty cloud.

Lucretius says (1219–22):

And still it was not altogether easy to find a single
bird
in their former dwellings, nor did the grim
generations
of beasts survive in the woods, but most were dying,
enfeebled by the disease.

Don't the components of this description appear to have
flowed from a single source? 15. But now let's compare
some other passages:

They delight in being soaked in their brothers' blood
and trade their homes' sweet thresholds for exile.
(G. 2.510–11)

Lucretius in Book 3 (70–72):

SATURNALIA

sanguine civili rem conflant divitiasque
conduplicant avidi, caedem caede accumulantes;
crudeles gaudent in tristi funere fratris.

16. multa dies variusque⁶³ labor mutabilis aevi
rettulit in melius: multos alterna revisens
lusit et in solido rursus fortuna locavit.

Ennius in octavo:

multa dies in bello conficit unus . . .
et rursus multae fortunae forte recumbunt.
haud quaquam quemquam⁶⁴ semper fortuna secuta
est.

17. o praestans animi iuvenis, quantum ipse feroci
virtute exsuperas, tanto me impensius aequum est
consulere atque omnes metuentem expendere
causas . . .

Accius in Antigona:

quanto magis te istius modi esse intellego,
tanto, Antigona, magis me par est tibi consulere et
parcere.

⁶³ variusque (*codd. nonnull. Verg., Non. 380.40*)] variique *codd. cett. Verg., edd.*

⁶⁴ quaquam quemquam *ed. Ven. 1513: quaquam αδ, quem-*
quam F

They scrape together an estate from the blood of
 citizens and greedily
 double their wealth, heaping up slaughter with
 slaughter;
 they cruelly delight in a brother's baleful burial.

16. Time and the varied toils that the changeable
 seasons bring
 have made many things better: fortune, returning
 now in this guise, now
 in that has mocked many, then given them back their
 footing. (A. 11.425–27)

Ennius in Book 8 (258–60 Sk.):

One day accomplishes much in war . . .
 and many fortunes chance to sink back again.²²
 Fortune has attended almost no one at every
 moment.

17. O young man of surpassing spirit, the more you
 exult
 in your fierce valor, the more earnestly should I
 take counsel and fearfully weigh all factors . . .
 (A. 12.19–21)

Accius in *Antigone* (136–37 SRPF³ 1:177):

The more I know that your nature is such, Antigone,
 the more proper it is that I take thought for you and
 spare you.

²² Mention of fortunes “sink[ing] back again” suggests that a
 line has been lost in which fortunes were said to rise.

SATURNALIA

18. o lux Dardaniae, spes o fidissima Teucrum
et reliqua. Ennius in Alexandro:

o lux Troiae, germane Hector,
quid ita cum tuo⁶⁵ lacerato corpore miser?
aut qui te sic respectantibus tractavere nobis?⁶⁶

19. frena Pelethronii Lapithae gyrosque dedere
impositi dorso atque equitem docuere sub armis
insultare solo et gressus glomerare superbos.

Varius de morte:

quem non ille sinit lentae moderator habenae
qua velit ire, sed angusto prius ore⁶⁷ coercens
insultare docet campis fingitque morando.

20. talis amor Daphnin, qualis cum fessa iuencum
per nemora atque altos quaerendo bucula lucos
propter aquae rivum viridi procumbit in ulva
perdita nec serae meminit decedere nocti.

⁶⁵ quid ita cum tuo (*lacunam post ita stat. Ribbeck*)] quid te ita cum tuo *Eyssenhardt*, quid te ita contuo *Voss* (*prob. Timpanaro*), *alii alia* (*de metro incerto v. Jocelyn 1967, 231-32*)

⁶⁶ respectantibus tractavere nobis] tractavere nobis respectantibus *Ribbeck*, miser <es> (<ades> *Mariotti*) *ad initium versus transtul. et finem post respectantibus stat. Vahlen*

⁶⁷ ore] orbe *Torrentius* (*ad Hor. c. 1.10.6 [1608]*)

18. O light of Troy, most trusted hope of the
Teucrians. (A. 2.281)

and so on. Ennius in *Alexander* (57–59 SRPF³ 1:25 = 69–71
Jocelyn):

O light of Troy, true brother Hector, why do I,
unhappy man, [see] you with your body thus
mutilated?

Who treated you in that way, as we looked on?

19. Bridles and the training course the Pelethronian
Lapiths gave us,
mounted on horseback, and they taught the
horseman under arms
to bound upon the earth and gallop with proud
strides. (G. 3.115–17)

Varius *On Death* (fr. 3 FPL³):

The one who guides the supple rein does not allow
him
to go where he pleases but uses the bit to keep him in
check,
teaching him to bound upon the plains, training him
by holding him back.

20. Such a love [grips] Daphnis as when a heifer,
weariest
by searching for her calf through the glades and lofty
groves,
collapses in the green sedge next to a watery stream,
in despair, and does not think to yield to the late
night. (E. 8.85–88)

SATURNALIA

Varius de morte:

ceu canis umbrosam lustrans Gortynia vallem,
 si veteris potuit cervae comprehendere⁶⁸ lustra,
 saevit in absentem et circum vestigia lustrans⁶⁹
 aethera per nitidum tenues sectatur odores.
 non amnes illam medii, non ardua tardant
 †perdita†⁷⁰ nec serae meminit decedere nocti.

21. . . . nec te, tua funera mater
 produxi pressive oculos aut vulnera lavi.

Ennius in Cresphonte:⁷¹

neque terram inicere neque cruenta convestire
 corpora
 mihi⁷² licuit neque miserae lavere lacrimae⁷³ salsum
 sanguinem.

22. namque canebat uti magnum per inane coacta
 semina terrarumque animaeque marisque fuissent,
 et liquidi simul ignis, ut his exordia primis
 omnia et ipse tener mundi concreverit orbis,
 tum durare solum et discludere Nerea ponto

⁶⁸ comprehendere] deprendere *Baehrens*

⁶⁹ lustrans] latrans *Vliet* (*ad Gratt.* 212 [1645])

⁷⁰ 'culmina vel tale aliquid libenter reponam' *Willis*

⁷¹ Cresphonte *Schrijver, Bothe*: cres(s)i- ω

⁷² corpora/mihi *Bothe*: mihi corpora ω

⁷³ mihi licuit neque miserae lavere lacrimae] [mihi] licuit
 neque m. l. l. <latice> *O. Skutsch*

²³ M.'s text of this line is that attested by all ancient and medi-
 eval witnesses; it is judged corrupt by all modern editors, since it

Varius *On Death* (fr. 4 *FPL*³):

Like a hound of Gortyn scouring a shady valley,
 if it has been able to find an old hind's haunts,
 it is furious to get at her, though she's gone, tracing
 out the tracks

this way and that, trying to catch the faint scent in
 the bright air.

The rivers that stand in the way, the steep . . . do not
 slow it down nor does it think to yield to the late
 night.

21. . . . Nor did I, your mourning²³ mother,
 lead your procession or close your eyes or bathe your
 wounds. (A. 9.486-87)

Ennius in *Cresphon* (126-7 *SRPF*³ 1:34 = 138-39 Jocelyn):

I was not allowed to place some earth upon you or
 dress your bloodied
 body, my unhappy tears were not allowed to wash
 away the salty blood.

22. For he sang of how through the great void the
 seeds
 of lands and air and sea had been combined,
 and of molten fire too, how from these first bodies
 all things got their start and the world's still-plastic
 sphere coalesced,
 how the earth then began to harden and confine
 Nereus

can be construed only if *funera*, a noun ("deaths/funerals"), is
 treated (as Servius says) as an adjective = *funerea* ("mourning").

SATURNALIA

coeperit⁷⁴ et rerum paulatim sumere formas,
iamque novum terrae stupeant lucescere solem.

23. Lucretius in quinto, ubi de confusione orbis ante
hunc statum loquitur:

hic⁷⁵ neque tum solis rota cerni lumine claro⁷⁶
altivolans poterat, neque magni sidera mundi,
nec mare nec caelum, nec denique terra nec aër
nec similis nostris rebus res ulla videri,
sed nova tempestas quaedam molesque coorta.
diffugere inde loci partes coepere paresque
cum paribus iungi res et discludere mundum
membraque dividere et magnas⁷⁷ disponere partes.

24. et infra:

. . . hoc est, a terris magnum⁷⁸ secernere caelum
et seorsum mare, uti secreto umore pateret,
seorsus item puri secretique aetheris ignes.

et infra:

. . . omnia enim magis haec ex levibus atque rotundis
<seminibus>.⁷⁹

25. . . . cum fatalis equus saltu super ardua venit

⁷⁴ coeperit *ed. Ven. 1472 e Verg. (cf. 6.4.11): -erat* ω

⁷⁵ hic *Lucr.: his* ω

⁷⁶ claro (*cf. Catull. 64.408*)] *largo Lucr.*

⁷⁷ magnas] *magna codd. OQ Lucr.*

⁷⁸ magnum] *altum Lucr.*

⁷⁹ seminibus *addidi, om. ω*

in the sea, and gradually take on familiar shapes,
and how the lands look amazed on the new light of
the sun. (*E.* 6.31-37)

23. Lucretius in Book 5, where he talks about the chaotic condition of the world before its present state (432-39):

At that time neither the wheel of the sun could be
seen, flying high,
its light blazing, nor the stars of the great firmament
nor the sea nor the sky, neither the earth nor the air,
nor did a single thing appear as it does to us now,
but a new season, a novel shape of things had begun.
From that point segments of space began to separate
and like things began to be joined with like, shutting
off the firmament,
defining the component parts, and arranging the
massive segments.

24. and further on (446-48):

. . . that is, to set great heaven apart from the earth,
and the sea on its own, so that it lies open, its waters
set apart
and on their own, too, the unmixed and well defined
fires of the ether.

and further on (455-56):

. . . for all these consist of lighter and rounder
seeds.

25. . . . when destiny's horse came with a bound over
lofty

SATURNALIA

Pergama et armatum peditem gravis attulit alvo.

Ennius in Alexandro:

nam maximo
saltu superabit⁸⁰ gravidus⁸¹ armatis equus
qui suo partu ardua perdat Pergama.

26. tum pater omnipotens, rerum cui summa⁸²
potestas,
infit: eo dicente deum domus alta silescit
et tremefacta solo tellus, silet arduus aether,
tum venti⁸³ posuere, premit placida aequora pontus.

Ennius in Scipione:

mundus caeli vastus constitit silentio
et Neptunus saevus undis asperis pausam dedit.
Sol equis iter repressit unguibus volantibus,
constitere⁸⁴ amnes perennes, arbores vento vacant.

27. itur in antiquam silvam, stabula alta ferarum.
procumbunt piceae, sonat icta securibus ilex

⁸⁰ superabit *Bothe post Voss*: -vit ω

⁸¹ gravidus *ed. Ven. 1528*: gravibus ω

⁸² summa (*codd. plerique Verg.*)] *prima codd. cett. Verg., Tib., edd.*

⁸³ venti] *Zephyri Verg. (cf. 5.13.38)*

⁸⁴ constitere *ed. Ven. 1528 (constatere C)*: consistere ω

Pergamum and bore the armed soldiery, pregnant, in
its womb. (A. 6.515–16)

Ennius in *Alexander* (59–61 *SRPF*³ 1:25 = 72–73 Jocelyn):

For with a very great
bound a horse pregnant with armed men cleared the
way
to destroy lofty Pergamum with its offspring.

26. Then the father almighty, whose power is
supreme in all things,
speaks: and as he speaks the gods' lofty house falls
quiet,
the earth is shaken to its foundation, high heaven is
silent,
then the west winds fall, the sea holds its calm surface
in check. (A. 10.100–3)²⁴

Ennius in *Scipio* (fr. 31 *FLP*² p. 27)

The vast vault of heaven stood still and silent,
and fierce Neptune gave the rough waves a respite.
The Sun checked his horses' course even as their
hooves flew,
the ceaseless rivers stood still, the trees lacked for
wind.

27. They go into the ancient wood, the deep resting
place of beasts,
the pitch-pines fall, the holm oak resounds with the
axes' blows,

²⁴ The passage is treated as a direct imitation of Homer at
5.13.37–38.

SATURNALIA

fraxineaeque trabes, cuneis et fissile robur
scinditur, advolvunt ingentes montibus ornos.

Ennius in sexto:

incedunt arbusta per alta, securibus caedunt,
percellunt magnas quercus, exciditur ilex,
fraxinus frangitur atque abies consternitur alta,
pinus proceras⁸⁵ pervortunt, omne sonabat
arbustum fremitu silvai frondosai.

28. diversi magno⁸⁶ ceu quondam turbine venti
confligunt Zephyrusque Notusque et laetus Eois
Eurus equis.

Ennius in septimo decimo:

concurrunt veluti venti, cum spiritus Austri
imbricator Aquiloque suo cum flamine contra
indu⁸⁷ mari magno fluctus extollere certant.

29. Nec tamen, haec cum sint hominumque
boumque labores
versando terram experti, nihil improbus anser
<Strymoniaeque grues et amaris intiba fibris
officiunt aut umbra nocet>.⁸⁸

⁸⁵ proceras *ed. Ven. 1472*: -res ω (-ros P)

⁸⁶ diversi magno] adversi rupto *Verg. (cf. 5.13.14)*

⁸⁷ indu *ed. Paris. 1585*: inde ω

⁸⁸ Strymoniaeque . . . nocet *addidi (v. Kaster 2010, 80)*

²⁵ The passage is treated as a failed combination of two Homeric passages at 5.13.14–15.

BOOK VI. 2.27-2.29

the ash beams too, wedges split the cleft oak,
they roll huge flowering ashes down the mountains.
(A. 6.179-82)²⁵

Ennius in Book 6 (175-79 Sk.):

They stride into the lofty copses, they hack with their
axes,
the send great oaks flying, the holm oak is cut down
the ash smashed, the towering fir laid low,
they overturn tall pines, the whole copse
re-echoes with the leafy wood's rumbling.

28. Just as in a great cyclone winds from different
quarters clash,
the west wind, the south, and the east wind that
delights
in the horses of Dawn (A. 2.416-18)

Ennius in Book 17 (432-34 Sk.):

They clash like the winds, when the south wind's
gust,
bringing the rain, and the north with its own
opposing blast
compete to raise swells on the great sea.

29. Still, when the toil of men and oxen have made
these
attempts in tilling the soil, the wicked goose and
cranes
from the Strymon and chicory's bitter leaves work
their mischief, or else the shade does harm.
(G. 1.118-21)

SATURNALIA

Lucretius in quinto:

sed⁸⁹ tamen interdum magno quaesita labore,
cum iam per terras frondent atque omnia florent,
aut nimiis torrens⁹⁰ fervoribus aetherius sol
aut subiti perimunt imbres gelidaeque pruinae,
flabraque ventorum violento turbine vexant.

30. 'Sunt alii loci plurimorum versuum quos Maro in opus suum cum paucorum immutatione verborum a veteribus transtulit. et quia longum est numerosos versus ex utroque transcribere, libros veteres notabo, ut qui volet illic legendo aequalitatem locorum conferendo miretur.

31. in primo Aeneidos tempestas describitur, et Venus apud Iovem queritur de periculis filii, et Iuppiter eam de futurorum prosperitate solatur. hic locus totus sumptus a Naevio est ex primo libro belli Punici. illic enim aequae Venus, Troianis tempestate laborantibus, cum Iove queritur, et sequuntur verba Iovis filiam consolantis spe futurorum.

32. item de Pandaro et Bitia aperientibus portas locus acceptus est ex libro quinto decimo Ennii, qui induxit Histros duos in obsidione erupisse porta et stragem de obsidente hoste fecisse.

33. 'Nec Tullio compilando, dummodo undique ornamenta sibi conferret, abstinuit:

O fama ingens, ingentior armis,
vir Troiane . . .

⁸⁹ sed] et *Lucr.*

⁹⁰ torrens] torret *Lucr.*

²⁶ The passage is treated as a direct imitation of Homer at 5.11.26-29.

Lucretius in Book 5 (213-17):

But still sometimes, when all the gains that great toil
 seeks are in leaf and flower throughout the land,
 either the heavenly sun, blazing with extreme heat,
 destroys them, or sudden rains and chill frosts,
 and gusts of wind in a wild cyclone assail them.

30. There are other long passages that Maro transferred from the ancients into his own work with the change of a few words. Since copying out numerous verses from both sources would be a lengthy process, I will just note his models, so that a person so inclined might read and compare the passages and marvel at their similarity. 31. In Book 1 of the *Aeneid* a storm is described (81-123), and Venus complains to Jupiter about the dangers her son faces (227-53), and Jupiter comforts her by telling her that her posterity will flourish (254-96). All of this is taken from Book 1 of Naevius' *Punic War* (fr. 14 *FPL*³): there too Venus complains to Jupiter while the Trojans are beset by a storm, and after her complaint Jupiter comforts her by speaking of her posterity's great expectations. 32. Similarly, the passage about Pandarus and Bitias' opening the gates of the camp (A. 9.672-818) was taken over from Book 15 of Ennius (fr. iv),²⁶ where he presented two Histrian soldiers breaking out of the gate of the camp under siege and wreaking havoc on the besieging enemy.

33. Nor did he avoid borrowing from Cicero, provided he could augment his work's adornment from whatever source (A. 11.124-45):

O great in fame, in arms greater,
 man of Troy . . . ,

SATURNALIA

nempe hoc ait Aeneam famam suam factis fortibus supergressum, cum plerumque fama sit maior rebus. sensus hic in Catone Ciceronis est his verbis: "contingebat in eo quod plerisque contra solet, ut maiora omnia re quam fama viderentur: id quod non saepe evenit, ut expectatio cognitione, aures ab oculis vincerentur." 34. Item:

proximus huic, longo sed proximus intervallo.

Cicero in Bruto: "duobus igitur summis Crasso et Antonio L. Philippus proximus accedebat, sed longo intervallo tamen proximus."

- 3 "Sunt quaedam apud Vergilium quae ab Homero creditur transtulisse, sed ea docebo a nostris auctoribus sumpta qui priores haec ab Homero in carmina sua traxerant. quod quidem summus Homericæ laudis cumulus est quod, cum ita a plurimis adversus eum vigilatum sit coactaeque omnium vires manum contra fecerint, "ille velut pelagi rupes immota resistit."

2. 'Homerus de Aiæcis forti pugna ait:

Αἴας δ' οὐκέτ' ἔμιμνε· βιάζετο γὰρ βελέεσσι·
δάμνα μιν Ζηνός τε νόος καὶ Τρῶες ἀγαυοὶ
βάλλοντες· δεινὴν δὲ περὶ κροτάφοισι φαεινὴν

the point being, of course, that Aeneas' heroic deeds were still greater than his renown, though in most cases it is the other way around. This is Cicero's meaning when he says, in his *Cato* (fr. 14), "In his case it turned out that he was in every respect greater in fact than he was said to be, which is the opposite of what is usually the case: it has rarely happened that acquaintance outstrips expectation, that what one sees surpasses what one has heard." 34. Similarly (A. 5.320):

closest after him, but closest by a wide margin.

Cicero in *Brutus* (173): "To the two greatest [orators], Crassus and Antonius, Lucius Philippus came closest, but still, closest by a wide margin."

There are some things in Virgil that he is believed to have borrowed from Homer, but I will show that these were taken over from our own authors who had previously taken them from Homer and incorporated them in their poetry. And in fact I think this is the crowning touch to Homer's glory: though so many authors have watched in wait against him and all have gathered their forces to assail him, "he stands against them unmoved, like a crag in the sea" (A. 7.586). 3

2. 'About Ajax's heroic fighting Homer says (*Il.* 16.102-11):

Aias no longer held firm, overpowered by the
missiles:
the resolve of Zeus was breaking him, and the lordly
Trojans
with their spear-casts. About his temples the shining
helmet

SATURNALIA

πήληξ βαλλομένη καναχὴν ἔχε, βάλλετο δ' αἰεὶ
 κὰπ φάλαρ' εὐποίηθ'. ὃ δ' ἀριστερὸν ὤμων
 ἔκαμνεν

ἔμπεδον αἰὲν ἔχων σάκος αἰόλον· οὐδ' ἐδύναντο
 ἀμφ' αὐτῶ πελεμίξαι ἐρείδοντες βελέεσσιν.
 αἰεὶ δ'⁹¹ ἀργαλέῳ ἔχετ' ἄσθματι, κὰδ δέ οἱ ἰδρῶς
 πάντοθεν ἐκ μελέων ῥέεν ἄσπετος,⁹² οὐδέ πη
 εἶχεν

ἀμπνεῦσαι· πάντα δὲ κακὸν κακῶ ἐστήρικτο.

3. hunc locum Ennius in quinto decimo⁹³ ad pugnam C. Aelii⁹⁴ tribuni his versibus transfert:

undique conveniunt velut imber tela tribuno:
 configunt parmam, tinnit hastilibus umbo,
 . . .⁹⁵

aerato sonitu galeae, sed nec pote quisquam
 undique nitendo corpus discerpere ferro.
 semper abundantes hastas frangitque quatitque.
 totum sudor habet corpus multumque laborat,
 nec respirandi fit copia. praepete ferro
 Histri tela manu iacientes sollicitabant.

⁹¹ δ' *ed. Basil. 1535, om. a*

⁹² ῥέεν ἄσπετος (*cf. Il. 18.403*)] πολλὸς ἔρρεεν *Hom.*

⁹³ XV β₂ (*quod recip. Skutsch*): XII α (*duodecimo ed. Ven. 1472*)

⁹⁴ C. Aelii Merula (*cf. Livy 41.1.7, 4.3*): caelii ω

⁹⁵ *unum versum excedisse statuit Vahlen, dubitavit Skutsch*

clattered terribly as it was struck, the helmet's well-
 made
 bosses bore constant blows, his left shoulder wearied
 of holding the gleaming shield ever in place. Nor
 could they
 shake him, though they pressed about him with their
 shafts.

A hard panting seized him, the sweat poured down
 from his limbs all about, without cease, and he had
 no point
 at which to catch his breath: woe was piled upon woe,
 entirely.

3. In Book 15 Ennius applies this passage to the fighting of
 the tribune Gaius Aelius, with these lines (391-98 Sk.):

From every side the missiles converge on the tribune
 like a shower:
 they pierce his small shield, its boss rings as it's struck
 by the shafts,

...
 with the helmet's bronze re-echoing, but neither can
 anyone
 tear at his body with a blade, though they press from
 every side.

All the while he breaks and brandishes the shafts that
 come full spate.

Sweat seizes his entire body, the strain is great,
 nor has he any chance to catch his breath. With
 winged steel
 the Histrians harry him as they hurl their spears.

SATURNALIA

4. hinc Vergilius eundem locum de incluso Turno gratia elegantiore composuit:

ergo nec clipeo iuvenis subsistere tantum
nec dextra valet, obiectis sic undique telis
obruitur. strepit adsiduo cava tempora circum
tinnitu galea et saxis solida aera faticunt
discussaeque iubae capiti nec sufficit umbo
ictibus: ingeminant hastis et Troes et ipse
fulmineus Mnestheus. tum toto corpore sudor
liquitur et piceum—nec respirare potestas—
flumen agit, fessos quatit aeger anhelitus artus.

5. Homerus ait:

ἀσπίς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν,⁹⁶ ἀνέρα δ'
ἀνήρ.

Furius in quarto annali:

pressatur pede pes, mucro mucrone, viro vir.

hinc Vergilius ait:

haeret pede pes densusque viro vir.

⁹⁶ *κόρυν ed. Colon. 1521: PTN α*

²⁷ DServ. on A. 9.808 takes the "whole passage" to be based on Homer.

²⁸ The passage is treated as a direct (and failed) imitation of Homer at 5.13.27; cf. also Ennius 584 Sk..

4. Drawing on that passage Virgil treated the same subject—in this case, Turnus shut up in the Trojan camp—with greater finesse and charm (A. 9.806–14):²⁷

The young warrior, then, has not the strength to
stand his ground
with shield or weapon-hand, so overwhelmed is he by
the spears
hurled from every side. Around his hollow temples
his helmet
rings without stop, rocks open cracks in the solid
bronze,
the crests are knocked from his head and the shield's
boss
cannot withstand the blows: they redouble their casts,
the Trojans
and Mnestheus himself, a thunderbolt. Then over all
his body
sweat pours and—no chance for breath—forms
a pitchy cascade, a sickly panting shakes his wearied
limbs.

5. Homer says (*Il.* 13.131 = 16.215):

Shield pressed against shield, helmet against helmet,
man against man.

Furius Book 4 of his *Annals* (fr. 10 *FPL*³):

Foot thrusts against foot, sword-tip to sword-tip, man
to man.

Hence²⁸ Virgil says (A. 10.361*):

Foot treads on foot, one man pressed to another.

SATURNALIA

6. Homeri est:

οὐδ' εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ'
εἶεν . . .

hunc secutus Hostius poeta in libro secundo belli Histrici ait:

non si mihi linguae
centum atque ora sient totidem vocesque
liquatae . . .

hinc Vergilius ait:

non mihi si linguae centum sint oraque centum . . .

7. Homerica descriptio est equi fugientis in haec verba:

ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος, ἀκοστήσας ἐπὶ
φάτνῃ,
δεσμὸν ἀπορρήξας θείῃ πεδίῳ κροαίνων,
εἰωθὸς λούεσθαι ἔϋρρεῖος ποταμοῖο,
κυδιῶν ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαίται
ᾧμοις ἀΐσσονται· ὁ δ' ἀγλαΐῃφι πεποιθὸς
ρίμφα ἐ γοῦνα φέρει μετὰ τ'⁹⁷ ἦθεα καὶ νομὸν
ἵππων

8. Ennius hinc traxit:

et tum, sicut equus qui de praesepibus fartus

⁹⁷ τ' ed. Paris. 1585, Hom., om. α

6. Homer's line is (*Il.* 2.489):

Not if I had ten tongues, ten mouths. . . .

The poet Hostius followed Homer in Book 2 of his *Histrion War* (fr. 3 *FPL*³):

Not if I had one hundred
tongues and as many mouths and a clear-sounding
voice. . . .

Hence²⁹ Virgil says (*A.* 6.625):

Not if I should have one hundred tongues, one
hundred mouths . . .

7. Homer describes a fleeing horse in these terms (*Il.* 6.506-11):

As when a stabled horse, well-fed at his fodder,
snaps his tether and gallops over the plain,
accustomed to bathe in the fine-flowing river,
exulting: he holds his head high, and about his
shoulders his mane flutters. He is confident in his
glory
as his legs carry him swiftly to the haunts and
pastures of horses.

8. Ennius drew upon those lines (535-39 *Sk.*):

And then, just like a horse that has eaten his fill in the
stable

²⁹ The passage is treated as a direct imitation of Homer at 5.7.16. Serv. on *A.* 6.625 points to Lucretius (fr. 1.2); cf. also Enn. 469-70 *Sk.*

SATURNALIA

vincla suis magnis animis abruptit et inde
fert sese campi per caerula laetaque prata
celso pectore: saepe iubam quassat simul altam,
spiritus ex anima calida spumas agit albas.

Vergilius:

qualis ubi abruptis fugit praesepia vinclis . . .

et cetera. 9. nemo ex hoc viles putet veteres poetas, quod versus eorum scabri nobis videntur. ille enim stilus Enniani saeculi auribus solus placebat, et diu laboravit aetas secuta ut magis huic molliori filo adquiesceretur. sed ulterius non moror Caecinam quin et ipse prodat quae meminit Maronem ex antiquitate transtulisse.³⁰

- 4 Tum Caecina: 'in versibus vel in locis quantum sibi Maro ex antiquitate quaesiverit, Rufius ut memor et veteris et novae auctorum copiae disseruit. ego conabor ostendere hunc studiosissimum vatem et de singulis verbis veterum aptissime iudicasse et inseruisse electa operi suo verba, quae nobis nova videri facit incuria vetustatis. 2. ut ecce "addita" pro "inimica" et "infesta" quis non aestimet poetam arbitrio suo novum verbum sibi voluisse fabricari? sed non ita est. nam quod ait:

. . . nec Teucris addita Iuno
usquam aberit,

³⁰ A "word for word" adaptation of Homer, acc. to Serv. on A. 11.492.

³¹ Cf. 1.4.17-27, on ancient usage misunderstood as "novel" from ignorance of antiquity.

and, spirits high, snapped his tether, thereafter
 passing through the green, luxuriant meadows on the
 plain,
 chest high and proud: he gives his lofty mane a
 frequent shake
 as his breath sends sprays of white foam from his hot
 soul.

Virgil (A. 11.492):

As when, his tether snapped he flees the stable . . .

and the rest.³⁰ 9. Let no one form a low opinion of the ancient poets because their verses strike us as rough. That's the only style that pleased Ennius' contemporaries, and succeeding generations labored long to acclimatize themselves to the more finely spun style we know. But I don't want to keep Caecina waiting any longer to present his own recollections of Maro's borrowings from antiquity.'

Then Caecina said, 'Rufius has shown, with the knowl- 4
 edge of the full range of ancient and more recent texts, how much Maro profited from antiquity both in writing specific lines and in treating whole topics. I will try to show that this most scholarly bard formed very apt judgments about individual words the ancient authors used and inserted in his work some choice elements of diction that our own disregard for antiquity causes us to think his own devising.³¹ 2. For example, who would not suppose that in using "inflicted" [*addita*] in the sense of "inimical" and "hostile" the poet wanted to craft a new usage? But that's not the case: his saying (A. 6.90*-91),

. . . nor will Juno at anywhere cease
 to be inflicted on the Trojans—

SATURNALIA

id est adfixa et per hoc infesta, hoc iam dixerat Lucilius in libro quarto decimo his versibus:

si mihi non praetor siet additus atque agitet me,
non male sit: ille, ut dico, me exenterat⁹⁸ unus.

3. . . . mane salutantum totis vomit aedibus undam.

pulchre "vomit undam"—et antique, nam Ennius ait,

et Tiberis flumen⁹⁹ vomit in mare salsum,

unde et nunc vomitoria in spectaculis dicimus, unde homines glomeratim ingredientes in sedilia se fundunt. 4. agmen pro actu et ductu quodam ponere non inelegans est ut:

leni fluit agmine Thybris—

inmo et antiquum est, Ennius enim in¹⁰⁰ quinto ait,

quod per amoenam urbem leni fluit agmine flumen.

5. quod ait

crepitantibus urere flammis,

non novum usurpavit verbum, sed prior Lucretius in sexto posuit:

⁹⁸ exenterat *Eyss.*: exten- ω

⁹⁹ flavom *post et inser. Ilberg, post flumen Skutsch*

¹⁰⁰ in *add. ed. Ven. 1472, om. ω*

meaning “fastened” to them and so “hostile” to them—has a precedent in Book 14 of Lucilius, where he writes (474–75):

If that praetor were not inflicted on me and giving
me a hard time,
I'd be fine: but I tell you, he's the one person who's
gutting me.

3. . . . spews a huge wave of morning callers from
every nook and cranny (G. 2.462).

“Spews [*vomit*] a wave” is a nice touch—and ancient, for Ennius says (453 Sk.),

and the Tiber spews its stream into the salty sea.

That's the source of the so-called *vomitoria* we have in venues for shows, which allow people entering in a mass to disperse into their seats. 4. Using “column” [*agmen*] to mean “movement” and a kind of “directed motion” is not an indelicate touch (A. 2.782),

the Thybris flows with its gentle column—

no indeed, but it's also ancient: so Ennius' phrasing in Book 5 (163 Sk.),

the river that flows with its gentle column through
the charming city.

5. In saying (G. 1.85)

burn with crackling [*crepitantes*] flames,

he did not help himself to a new word, but Lucretius used it previously in Book 6 (154–55):

SATURNALIA

nec res ulla magis quam Phoebi Delphica laurus
terribili sonitu flamma crepitante crematur.

6. Tum . . . ferreus hastis

horret ager.

“horret” mire se habet, sed et Ennius in quarto decimo:

horrescit telis exercitus asper utrimque,

et in Erectheo:

arma arrigunt,¹⁰¹ horrescunt tela,

et in Scipione:

sparsis hastis longis campus splendet et horret.

sed et ante omnes Homerus:

ἔφριξεν δὲ μάχῃ φθισίμβροτος¹⁰² ἐγχείησιν.

7. splendet tremulo sub lumine pontus.

“tremulum lumen” de imagine rei ipsius expressum est.
sed prior Ennius in Melanippe,

lumine sic tremulo terra et cava caerulea cadent,

et Lucretius in sexto:

praeterea solis radiis iactatur aquai
umor et in lucem tremulo rarescit ab aestu.

¹⁰¹ arrigunt (*obel. notat Jocelyn*) arriguntur *Jan dubitanter*,
rigent ed. Colon. 1521

¹⁰² φθισίμβροτος *ed. Colon. 1521, codd. plerique Hom.:*
ΦΕΙCΙM-α

nor does anything burn with a more dreadful sound
of crackling flame than Phoebus' Delphic laurel.

6. Then . . . the iron field
bristles with lances. (A. 11.601*-2)

"Bristles" [*horret*] is a remarkable usage, but Ennius has it,
too, in Book 14 (384 Sk.):

On both sides the fierce host bristles with lances,
and in *Erectheus* (131 *SRPF*³ 1:35 = 143 Jocelyn):

Their arms are raised, their missiles bristle,
and in *Scipio* (fr. 33 *FLP*² p. 33):

When the long lances have been broadcast, the plain
gleams and bristles.

But Homer has it, too, before all others (*Il.* 13.339):

The man-destroying battle bristled with lances.

7. The sea gleams beneath [the moon's] quavering
light. (A. 7.9)

"Quavering [*tremulum*] light" is coined to suggest just
what the phenomenon looks like. But Ennius used it ear-
lier in *Melanippe* (251 *SRPF*³ 1:58 = 250 Jocelyn),

Thus the earth and the hollow vault of heaven glow
with a quavering light,

as does Lucretius in Book 6 (874-75):

Besides, the water's moisture is set in motion by the
sun's
rays and evaporates in the light because of the
quavering heat.

SATURNALIA

8. hic candida populus antro
imminet et lentae texunt umbracula vites.

sunt qui aestiment hoc verbum "umbracula" Vergilio auctore compositum, cum Varro rerum divinarum libro decimo dixerit: "non nullis magistratibus in oppido id genus umbraculi concessum"; et Cicero in quinto de legibus: "visne igitur—quoniam sol paululum a meridie iam devexus videtur, neque dum satis ab his novellis arboribus omnis hic locus opacatur—descendatur ad Lirim eaque quae restant in illis alnorum umbraculis persequamur?" similiter in Bruto: "sed ut e¹⁰³ Theophrasti doctissimi hominis umbraculis"

9. Transmittunt cursu campos atque agmina cervi
pulverulenta fuga glomerant.

quod ait speciose "transmittunt" pro "transeunt," sic et Lucretius in secundo:

et circumvolitant equites mediosque repente
transmittunt valido quatientes impete campos.

sed et "Paestanum et Vibonensem," Cicero ait,¹⁰⁴ "pedibus aequis¹⁰⁵ transmisimus," quod est "transvivimus."

¹⁰³ ut e N, *Cic.*: ut et PGRA, et ut C, et F

¹⁰⁴ Paestanum et Vibonenem, Cicero ait *ed. Lugd. Bat. 1597*:
pestanus vibonensis sic ait ω

¹⁰⁵ aequis *Salmasius*: -quos ω

³² The sheets (*pedes*, lit. "feet") were ropes that adjusted the angle of the sail relative to the ship's prow-to-stern axis: when the sheets were let out the same length on both port and starboard, it meant that the wind was dead astern.

8. Here a dazzling poplar looms
 over the cave and pliant vines weave shadings
 [*umbracula*]. (E. 9.41-42†)

There are those who suppose that Virgil coined the word "shadings" on his own authority, though in Book 10 of *Divine Antiquities* Varro said (fr. 82), "Some magistrates in the town were granted that sort of shading," and in Book 5 of his *Laws* Cicero said (fr. 2 Powell), "Would you like, then—since the sun seems a bit lower in the sky than noon and this whole space doesn't receive sufficient cover from these saplings—to go down to the Liris and pursue the rest of the discussion in the alders' shading?," and similarly in *Brutus* (37), "But as from out of the shading of that very learned fellow Theophrastus . . ."

9. The stags pass over the plain at a gallop and gather
 their dusty column in flight. (A. 4.154-55)

The attractive use of "pass over" [*transmittunt*] for "cross over" [*transeunt*] is found in Lucretius, too, in Book 2 (329-30),

And the horsemen fly about and suddenly pass over
 the middle of the plain, making it shake with their
 mighty charge.

But Cicero, too, says "We passed over [the bays] of Paestum and Vibo with sheets dead even"³² (cf. *Att.* 16.6.1), that is, "we crossed over."

SATURNALIA

10. Quam tota cohors imitata relictis
ad terram defluxit equis.

sic Furius in primo:

ille gravi subito devinctus¹⁰⁶ vulnere habenas
misit equi lapsusque in humum¹⁰⁷ defluxit et armis
reddidit aeratis sonitum.

11. Tum durare solum et discludere Nerea ponto
coeperit.

ferit aures nostras hoc verbum "discludere" ut novum, sed
prior Lucretius in quinto:

diffugere inde loci partes coepere paresque
cum paribus iungi res et discludere mundum.

12. pastorem, Tityre, pingues
pascere oportet oves, deductum dicere carmen.

"deductum" pro "tenui et subtili" eleganter positum est:
sic autem et Afranius in Virgine:

verbis pauculis
respondit tristis voce deducta <mihi>¹⁰⁸
malleque se non quiesse dixit.

¹⁰⁶ devinctus] devictus P¹ (*quod recip. Blänsdorf, Courtney*)

¹⁰⁷ humum *ed. Ven. 1472*: unum ω

¹⁰⁸ mihi *add. Bothe, om. ω (utrum librarii an Macrobi. lapsu haud scio)*

³³ Furius probably wrote *devictus* = "subdued," found in one MS; but *devinctus* = "subjugated" appears to be the reading M. knew.

10. Following her lead her companions left
their mounts and flowed down [*defluxit*] to the
ground. (A. 11.500-1)

Thus Furius in Book 1 (fr. 8 *FPL*³):

That one there, suddenly subjugated³³ by a weighty
wound,
let go the horse's reins and, tottering, flowed down to
the ground,
and raised a crash with his brazen arms.

11. The earth then began to harden and confine
Nereus
in the sea. (*E.* 6.35-36)

This word "confine" [*discludere*] strikes our ears as a
new coinage, but Lucretius used it previously in Book 5
(437-38):

From that point segments of space began to separate
and like things began to be joined with like, confining
the firmament.

12. A shepherd, Tityrus, should feed
his flock 'til they're fat but keep his song fine-spun.
(*E.* 6.4-5)

"Fine-spun" [*deductum*] for "thin and delicate" is a nice
usage—but Afranius uses it too, in his *Maiden* (339-41
*SRPF*³ 2:249):

With a few little words
she answered me sadly, her tone fine-spun,
and said she wished she had not fallen asleep;

SATURNALIA

item apud Cornificium:

deducta mihi voce garrienti.

13. sed haec ab illo fluxerunt quod Pomponius in Atellania quae Kalendae Martiae inscribitur ait:

vocem deducas oportet, ut mulieris videantur
verba.—iube modo adferatur munus,¹⁰⁹ ego vocem
reddam
tenuem et tinnulam,

et infra:

etiam nunc vocem deducam.

14. . . . proiectaque saxa Pachyni
radimus . . .

“proiecta,” si secundum consuetudinem dicatur, intelligitur “abiecta,” si secundum veteres, “porrecta”¹¹⁰ “porro iacta,” ut alibi ait,

proiecto dum pede laevo
aptat se pugnae.

15. sed et Sisenna in secundo dixit: “et Marsi propius succedunt atque ita scutis proiectis tecti saxa certatim lenta manibus coniciunt in hostes.” et in eodem: “vetus atque in-

¹⁰⁹ munus *ed. Paris. 1585*: unus ω

¹¹⁰ porrecta *scripsi (cf. DServ. ad A. 3.599)*: proiecta ω

and similarly in Cornificius (fr. 1 *FPL*³),

... as I was going on in fine-spun tones.

13. But these usages are derived from what Pomponius wrote in his Atellan farce³⁴ titled *The First of March* (57–60 *SRPF*³ 2:280–81):

You should make your tone fine-spun, so they
 seem a woman's
 words.—Just order that my gift³⁵ be brought, and I'll
 make my tone
 slight and tinkling,

and further on,

Even now shall I make my tone fine-spun.

14. . . . and we scrape by the jutting
 [*proiecta*] rocks
 of Pachynus. (A. 3.699†–700)

proiecta means “downcast” according to current usage, but “extended” [*porrecta*]—“cast straight ahead” [*porro iacta*]—according to the ancients’ usage, as he says elsewhere (A. 10.587*–88),

while with left foot extended [*proiecto*]
 he readies himself for battle.

15. But Sisenna too, in Book 2, said (fr. 8), “The Marsi also approach and, thus protected by their extended [*proiectis*] shields, hurl heavy rocks at the enemy,” and in the same

³⁴ Cf. 1.4.21n. ³⁵ The speaker is a man pretending to be a woman on the Matronalia (1 March), a holiday when men brought married women gifts.

SATURNALIA

gens erat arbor ilex, quae circum proiectis ramis maiorem partem loci summi tegebat.” et Lucretius in tertio:

quamlibet immani proiectu corporis exstet . . .

16. . . . et¹¹¹ tempestivam silvis evertere pinum.

hoc verbum de pino “tempestiva” a Catone sumpsit, qui ait (*Agr.* 31.2), “pineam nuc(eam hanc atque aliam materiem omnem¹¹² cum effodies, luna decrescente eximito post meridiem, sine vento austro; tum vero¹¹³ erit tempestiva cum semen suum maturum erit.”

17. ‘Inseruit operi suo et Graeca verba, sed non primus hoc ausus; auctorum enim veterum audaciam secutus est.

18. dependent lychni laquearibus aureis,

sicut Ennius in nono:

. . . lychnorum lumina bis sex,

et Lucretius in quinto:

quin etiam nocturna tibi, terrestria quae sunt,
lumina, pendentes lychni.

Lucilius in primo:

¹¹¹ et] aut *Verg.*

¹¹² hanc atque aliam materiem omnem *suppl. Marinone² ex Catone* (nuceam iam Jan): nucem ω

¹¹³ tum vero] tum *codd. Catonis, Plin. NH 16.193*

book (fr. 9), "Ancient and massive was the holm oak, which covered the greater part of the summit with branches that extended [*proiectis*] all around." Lucretius, too, in Book 3 (987),

however monstrous the extent [*proiectu*] of his
body. . . .

16. . . . and to overturn the seasonable pine in the
woods. (G. 1.256)

He took this application of the word "seasonable" [*tempestiva*] to the pine from Cato, who says (*Agr.* 31.2), "When you uproot pine, walnut, and any other wood, do it after noon at the time of a waning moon, when there is no south wind; then, indeed, it will be seasonable [*tempestiva*], when its seed will be ripe."

17. He inserted Greek words, too, in his work, but he was not the first to dare this: he had the boldness of ancient authors as his model.

18. *lychni* [lamps] hang from the golden coffered
ceiling (A. 1.726*),

just like Ennius in Book 9 (311 Sk.),

. . . twice six lights of *lychni*,

and Lucretius in Book 5 (294-95),

Indeed, consider the terrestrial sources of light
at night, hanging *lychni*,

Lucilius in Book 1 (16-17):

SATURNALIA

porro "clinopodas" "lychnosque" ut diximus
 σεμνῶς¹¹⁴
 ante "pedes lecti" atque "lucernas."

19. et quod dixit,

. . . nec lucidus aethra
 siderea polus . . .

Ennius prior dixerat in sexto decimo:

interea fax
 occidit Oceanumque rubra tractim obruit aethra.

et Iulius¹¹⁵ in Teuthrante:

flammeam per aethram late¹¹⁶ fervidam ferri facem.

20. Daedala Circe,

quia Lucretius dixerat:

daedala tellus.

21. Reboant silvaeque et longus Olympus,

quia est apud Lucretium:

nec cithara¹¹⁷ reboant laqueata aurataque tecta.¹¹⁸

22. sed hac licentia largius usi sunt veteres, parcius Maro:
 quippe illi dixerunt et "pausam" et "machaeram" et "aso-

¹¹⁴ σεμνῶς] cernoc ω

¹¹⁵ Iulius *Bothe*: ilius ω

¹¹⁶ late *Schrijver*: alte ω

¹¹⁷ cithara] citharae *Lucr.*

¹¹⁸ tecta] templa *Lucr.*

Furthermore, as we previously called a bed's feet and lamps
clinopodes and *lychni*, to strike a certain tone . . .

19. There's also this turn of phrase (A. 3.585–86),

. . . nor the vault of heaven alight
with the *aethra* [brilliance] of stars . . . ,

which Ennius previously used in Book 16 (415–16 Sk.),

Meanwhile the torch of heaven
set and a reddening *aethra* slowly covered the surface
of Ocean,

and Julius in *Teuthras* (3 *SRPF*³ 1:263):

Through the fiery *aethra* the blazing torch is borne
abroad.

20. *daedala* [skillful] Circe (A. 7.282),

after Lucretius' phrase (1.7, 228):

daedala earth.

21. And the woods and distant Olympus *reboant* [re-echo] (G. 3.223),

after Lucretius' phrase (2.28),

nor do the golden coffered ceilings *reboant* with the
lyre.

22. But the ancients used this license more extensively, Maro more sparingly, seeing that *they* used the words *pausa* [pause], and *machaera* [short sword] and *asôtia*

SATURNALIA

tiam" et "malachen" et alia similia. 23. nec non et Punicis Oscisque verbis usi sunt veteres, quorum imitatione Vergilius peregrina verba non respuit, ut in illo

silvestres uri adsidue . . . :

"uri" enim Gallica vox est, qua feri boves significantur.

et camuris hirtae sub cornibus aures

"camuris" peregrinum verbum est, id est in se redeuntibus. et forte nos quoque camaram hac ratione figuravimus.

5 'Multa quoque epitheta apud Vergilium sunt quae ab ipso ficta creduntur, sed et haec a veteribus tracta monstrabo. sunt autem ex his alia simplicia, ut Gradivus, Mulciber, alia composita ut Arquitenens, Vitisator. sed prius de simplicibus dicam.

2. et discinctos Mulciber Afros:

Mulciber est Vulcanus, quod ignis sit et omnia mulceat ac domet. Accius in Philoctete:

heu Mulciber!

arma ignavo invicta es¹¹⁹ fabricatus manu,

et Egnatius de rerum natura libro primo:

119 invicta es] es invicta *Bothe*, invicta fabricatus es *Jan*

³⁶ *pausa* and *machaera* are both used from the time of Plautus and Ennius; the first attested use of *malachê* is in Pliny the elder (but cf. Varro *Latin Language* 5.103), of *asotia*, in Gellius.

³⁷ Contrast Serv. on *G.* 2.374, who derives the word from Greek *ōpos* ("mountain").

³⁸ Cf. Paul. Fest. p. 38.14, Non. p. 43, DServ. on *G.* 3.55.

³⁹ Lat. *camara* is certainly derived from Gk. *καμάρα*, and *camura* might be also.

[profligacy] and *malachê* [mallow] and others like them.³⁶
23. In fact the ancients also used Punic and Oscan words,
and following their example Virgil did not reject foreign
words, for instance (*G.* 2.374)

without cease the woodland *uri* . . . :

uri is a Gallic word used to denote wild oxen.³⁷

And shaggy ears beneath *camura* horns (*G.* 3.55*):

camura is a foreign word that means “curving back on
themselves”,³⁸ and perhaps we Romans came up with the
word *camara* [arched window or ceiling] along the same
lines.³⁹

Virgil uses many epithets that he is believed to have 5
made up, but I shall show that these too were drawn from
the ancients. Some of these are simple forms, like *Gradi-*
vus or *Mulciber*, others are compounds, like *Arquitenens*
or *Vitisor*.⁴⁰ But I’ll talk about the simple forms first.

2. And *Mulciber* [had fashioned] the Africans with
their flowing robes (*A.* 8.724*†):

Mulciber is Vulcan, because as fire he softens [*mulcere*]
and masters all things.⁴¹ Accius in *Philoctetes* (558–59
*SRPF*³ 1:240):

alas *Mulciber*!

you have crafted invincible arms with a futile hand,

and *Egnatius* in Book 1 of *On Nature* (fr. 1 *FPL*³):

⁴⁰ Respectively, Mars, Vulcan (cf. §2), Apollo (“the Bow-
holder,” cf. §8), and Dionysus (“the Vine-planter,” but cf. §11).

⁴¹ Cf. Paul. Fest. p. 129.5–7.

SATURNALIA

denique Mulciber ipse ferens¹²⁰ altissima caeli
†contingunt . . .¹²¹

3. . . haedique petulci floribus insultent.

Lucretius in secundo:

praeterea teneri tremulis cum¹²² vocibus haedi
corniferas norunt matres agnique petulci.

4. illud audaciae maximae videri possit, quod ait in Bucolicis:

et liquidi simul ignis,

pro "puro" vel "lucido" seu pro "effuso et abundanti," nisi prior hoc epitheto Lucretius usus fuisset in sexto:

hac etiam fit uti de causa mobilis ille
devolet in terram liquidi calor¹²³ aureus ignis.

5. "tristis" pro "amaro" translatio decens est ut

. . . tristisque lupini,

et ita Ennius in libro Saturarum¹²⁴ quarto:

neque triste quaeritat sinapi,
neque cepe maestum.

¹²⁰ ferens] furens *Bergk*, petens *Baehrens*

¹²¹ contingunt (*obel. notant Jan, Willis*): contingit *Bergk*, dein quae Mulciber ipse ferit altissima caeli/contingunt *Marinone*²

¹²² cum *e Lucr.*: in ω

¹²³ calor (*codd. Lucr.*) color *Serv. ad E. 6.33, edd.*

¹²⁴ Saturarum *Colonna ap. ed. Lugd. Bat. 1597*: Sabinarum ω

And then Mulciber himself, bearing (?) . . . the
highest point in heaven. . . .

3. . . . and *petulci* [= butting]⁴² goats
gambol on the blossoms. (G. 4.10*-11)

Lucretius in Book 2 (367-68):

Besides, the tender young goats with their quavering
voices
and the *petulci* lambs recognize their horned
mothers.

4. What he says in the *Bucolics* might seem extremely bold
(E. 6.33*†),

and at the same time of *liquidus* fire—

whether *liquidus* denotes “pure” or “shining” or denotes
“wild and excessive”—save that Lucretius previously used
this epithet in Book 6 (204-5):

For this reason it happens that the swift, golden
warmth of *liquidus* fire swoops down upon the earth.

5. Using *tristis* [“sad”] to mean “bitter-tasting” is an attrac-
tive extension, as in

. . . and of *tristis* lupine (G. 1.75*†),

and Ennius uses it that way in Book 4 of his *Satires* (fr. 14
*FLP*²),

he looks neither for *tristis* mustard
nor for mournful onion.

⁴² Cf. Fest. p. 226.4-12. (citing Afranius in addition to Virgil
and Lucretius).

SATURNALIA

6. "auritos" lepores non Maro primus usurpat, sed Afranium sequitur, qui in prologo ex persona Priapi ait:

nam quod vulgo praedicant
aurito me parente natum, non ita est.

7. et ut composita subiungam, quod ait Vergilius,
vidit, turicremis cum dona imponeret aris. . . ,

iam Lucretius in secundo dixerat:

nam saepe ante deum vitulus delubra decora
turicremas propter mactatus concidit aras.

8. . . . quam pius Arquitenens . . .

hoc epitheto usus est Naevius belli Punici libro secundo:

deinde pollens sagittis inclitus arquitenens
sanctusque Delphis¹²⁵ prognatus Pythius Apollo.

idem alibi:

cum tu arquitenens, sagittis pollens dea . . .

sed et Hostius libro secundo belli Histrici:

¹²⁵ Delphis] Iove *Buecheler, alii alia*

⁴³ Cf. Paul. Fest. p. 8.7-8.

⁴⁴ Naevius cannot have thought that Delphi, rather than Delos, was Apollo's birthplace: if the archetype's *Delphis* is what M. wrote (not *Deli*), it is an error comparable to his referring to Palinurus when he meant Misenus (5.7.9).

⁴⁵ Here the epithet refers to Apollo's sister, Diana.

6. Maro was not the first to speak of hares as *auriti* ["eared"] (*G.* 1.308),⁴³ but he follows Afranius, who said in one of his prologues, speaking in the character of Priapus (402–3 *SRPF*³ 2:258),

As for the widely circulated claim
that I was born from an *auritus* father, it's not true.

7. And to add an account of compound epithets, the word that Virgil uses (*A.* 4.453),

When she placed the offering on the *turicremae*
["incense-burning"] altars, she saw . . . ,

Lucretius had already used in Book 2 (352–53):

For often before the gods' handsome shrines the calf
falls, slaughtered hard by the *turicremae* altars.

8. . . . [the island] which the devoted *Arquitenens* . . .
(*A.* 3.75)

Naeuius used this epithet in Book 2 of the *Punic War* (fr. 24 *FPL*³),

Then the master of arrows, the famed *Arquitenens*,
the holy one born at Delphi⁴⁴ Pythian Apollo,

as he does elsewhere (fr. 62 *FPL*³),

When you, *Arquitenens*, mistress of arrows,
goddess. . . .⁴⁵

But Hostius does so too, in Book 2 of his *Histrrian War* (fr. 4 *FPL*³),

SATURNALIA

dia Minerva <simul>¹²⁶ simul autem invictus Apollo
arquitenens Latonius.

9. silvicolae Fauni¹²⁷ . . . ,

Naevius belli Punico libro primo:

silvicolae homines bellique inertes

Accius in Bacchis:

et nunc silvicolae ignota invisentes loca.

10. . . . despiciens mare velivolum,

Laevius¹²⁸ in Helena:

 tu qui
permensus ponti maria alta
velivola. . .

Ennius in quarto decimo:

. . . cum procul aspiciunt hostes accedere ventis
navibus velivolis.

idem in Andromache:¹²⁹

. . . rapit ex alto naves velivolas.

11. vitisator curvam servans sub imagine falcem,

¹²⁶ simul *add.* Bergk, *om.* ω

¹²⁷ Fauni] -no Verg. ¹²⁸ Laevius Ribbeck: Livius ω

¹²⁹ Andromache A: dromache ω

⁴⁶ With Courtney (*FLP*² p. 127) I take the meter to be dactylic tetrameter.

⁴⁷ Virgil uses the epithet here not of Dionysus but of the native Italian figure "father Sabinus"; I follow Fordyce

BOOK VI. 5.8-5.11

Divine Minerva together, together too invincible

Apollo,

Arquitenens, son of Leto.

9. *silvicolae* ["forest-dwelling"] Fauns . . . (A. 10.551):

Naevius in Book 1 of the *Punic War* (fr. 10 FPL³),

silvicolae people and worthless in war,

Accius in *Bacchae* (237 SRPF³ 1:192):

and now the *silvicolae* going to see places unknown.

10. . . . looking down upon the *velivolum* ["swift-sailing"] sea (A. 1.224*):

Laevius in *Helen* (fr. 11 FPL³),⁴⁶

You who

have traversed the sea's deep

velivola expanses . . . ,

Ennius in Book 14 (379-80 Sk.),

. . . when from afar they see the enemy advance with
the winds

on their *velivolae* ships.

and again in *Andromache* (74 SRPF³ 1:27 = 111 Jocelyn),

. . . hurries the *velivolae* ships from the deep.

11. a *vitigator* ["vine-planter"] holding his curved
pruning-hook in the representation (A. 7.179):⁴⁷

and Horsfall in taking the difficult phrase *sub imagine* as = "in the representation" (a statue is being described), but with no great confidence that it is correct.

SATURNALIA

Accius in Bacchis:

o Dionyse,
pater optime vitisator, Semela
genitus,¹³⁰ Euhie¹³¹ . . .

12. . . . almaque curru
noctivago Phoebe

Egnatius de rerum natura libro primo:

roscida noctivagis astris labentibus Phoebe
pulsa loco cessit concedens lucibus altis.

13. Tu nubigenas, invicte, bimembris . . . ,

Cornificius in Glauco:

. . . centauros foedare bimembres.

14. caprigenumque pecus nullo custode per herbas,

Pacuvius in Paulo:

. . . quamvis caprigeno pecori grandior gressio est,¹³²

¹³⁰ genitus] genite *pensitavit Jan* ¹³¹ Euhie *vel* Euie
Scaliger (*Euie et Jan dubitanter*): euhia ω

¹³² quamvis . . . gressio est] qua via caprigeno generi gradibilis
Prisc. GL 2.196.5 (*unde qua vix c. g. gradilis G. Hermann*)

⁴⁸ *bimembres* = "having limbs of two sorts," i.e., centaurs; they are called "born from a cloud" because when Ixion tried to rape Hera, Zeus substituted a cloud in her image, from which Centaurus ("Prick-breeze"), ancestor of the centaurs, was born after Ixion's attack.

Accius in *Bacchae* (240–42 SRPF³ 1:193),

o Dionysus,
best father, *vitisator*, Semela's
child, Euhie. . . .

12. . . . and kindly Phoebe
in her *noctivagus* ["night-wandering"] chariot
(A. 10.215):

Egnatius in Book 1 of his *On Nature* (fr. 2 FPL³),

As the *noctivaga* stars glided on, dewy Phoebe
withdrew,
driven from her place, yielding to the lights high in
heaven.

13. You, invincible one, [slay] the *bimembres* born
from a cloud . . . (A. 8.293):⁴⁸

Cornificius in *Glaucus* (fr. 2 FPL³),

. . . to mangle the *bimembres* centaurs.

14. and no guardian over the *caprigenum* ["goat-
born"] flock through the pasture (A. 3.221):

Pacuvius in *Paulus* (5 SRPF³ 1:325),

. . . though the *caprigenum* flock have a longer
stride,⁴⁹

⁴⁹ The transmitted text, translated here, can hardly be correct, though it is not clear whether the fault lies with M., his source, or his scribes: the version of the line quoted by the grammarian Priscian—"where the path is passable for the goat-born race"—is surely closer to what Pacuvius wrote.

SATURNALIA

Accius in Philoctete:

. . . caprigenum trita unguis;

idem in Minotauro:

. . . taurigeno semine ortum fuisse an humano?

15. decenter et his epithetis Vergilius usus est: pro sagitta "volatile ferrum," et pro Romanis "gentemque togatam," quorum altero Sueius, altero Laberius usus erat. nam Sueius in libro quinto ait,

. . . volucrumque volatile telum.

ac Laberius in Ephebo:

licentiam ac libidinem ut tollam petis
togatae stirpis.

idem infra:

id circo ope nostra dilatatum est dominium
togatae gentis.

- 6 'Figuras vero quas traxit de vetustate, si volentibus vobis erit, cum repentina memoria suggesserit, enumerabo. sed nunc dicat volo Servius quae in Vergilio notaverit ab ipso figurata, non a veteribus accepta, vel ausu poetico nove quidem sed decenter usurpata. cotidie enim Romanae indoli enarrando eundem vatem, necesse est ha-

⁵⁰ If *volucrumque*—"and of winged things/birds" (gen. plur.)—is what Sueius wrote, it depends grammatically on words that M. did not quote, or that were lost in transmission, and cannot be intelligibly translated.

Accius in *Philoctetes* (544 SRPF³ 1:238),

. . . [a path] worn by the hooves of the *caprigeni*,

who also says, in *Minotaur* (463 SRPF³ 1:226),

. . . that he was sprung from *taurigenum* ["bull-born"]
seed or human seed.

15. Virgil made handsome use of the following epithets too: for an arrow, "flying iron" (A. 4.71), and for the Romans, "the toga-clad race" (A. 1.282), the first of which Suetius used, the other, Laberius. For in Book 5 Suetius says (fr. 8 *FPL*³),

. . . the flying missile,⁵⁰

and Laberius in *The Ephebe* (58-59),

You ask that I remove the licentious lustfulness
of the toga-clad stock,

and also farther along (56-57),

For that reason, with my aid, the dominion of the
toga-clad race
has been extended.

'If you like, I will list the figures that he borrowed from 6
the ancient writers, when I've gathered them up, spur-of-the-moment, from my memory. But right now I'd like Servius to speak about the figurative usages that he's noticed in Virgil that were *not* taken over from earlier writers but were rather shaped by the poet himself or adopted, with a poet's daring, in a novel yet becoming way. For since he spends each day explaining the same bard to our talented youth, he must inevitably have quite a ready supply

SATURNALIA

beat huius adnotationis scientiam promptiorem.' placuit universis electio in reliqua suffecti, et adhortati sunt Servium ut quae in se refusa sunt adnotaret.

2. Ille sic incipit: 'vates iste venerabilis varie modo verba, modo sensus figurando multum Latinitati leporis adiecit. qualia sunt haec:

supposita de matre nothos furata creavit,
ut ipsa creaverit quos creari fecit; <et>¹³³

3. tepidaque recentem
caede locum,
cum locus recens caede nove dictus sit; et
haec ait, et socii cesserunt aequore iusso,
pro eo quod iussi cesserunt; et

. . . caeso sparsurus sanguine flammam,
qui ex caesis videlicet profunditur; <et>¹³⁴

4. vota deum primo victor solvebat Eoo,

¹³³ et *addidi*, om. ω

¹³⁴ et *addidi*, om. ω

of such observations.' All agreed to the choice of Servius as a substitute to continue the balance of the topic, and they urged him to remark on the matters that Caecina referred to him.

2. He began this way: 'That venerable bard increased the charm of the Latin language in diverse ways, now with figures of speech, now with figures of thought. Here are some examples:

She stealthily created bastards from a mare she
substituted (A. 7.283),

as though she herself created those that she caused to be created; and (A. 9.455-56*)

3. a place fresh
with warm slaughter,

since "a place fresh with slaughter" is an unprecedented expression; and (A. 10.444*)

So he spoke, and his allies withdrew from the bidden
field ,

instead of saying that they withdrew at his bidding; and (A. 11.82*)

. . . . intending to spatter the flames with slaughtered
blood,

where of course the blood is spilled by those who have been slaughtered; and (A. 11.4)

4. as victor he was paying the gods' vows at first dawn,

SATURNALIA

pro "quae dis vota sunt"; et

. . . me consortem nati concede sepulcro,

alius dixisset, "et me consortem nato concede sepulcri." et

illa viam celerans per mille coloribus arcum,

id est "per arcum mille colorum." 5. et

hic alii spolia occisis direpta Latinis
coniciunt igni,

pro "in ignem." et

corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit,

"tela exit" pro "vitat." et

. . . senior leto canentia lumina solvit,

pro "vetustate senilia." 6. <et>¹³⁵

. . . exesaeque arboris antro

pro "caverna." et

. . . frontem obscenam rugis arat,

¹³⁵ et *addidi, om. ω*

⁵¹ The difference, between using a phrase with an ablative of quality and one with a genitive of quality, is a matter of tone in the Latin (the former being an archaism in Virgil's day) and difficult to reflect in English.

⁵² The effect at issue is not the slight difference in English between "escape" and "avoid" but the relatively rare use of the verb

instead of “vows made to the gods”; and (A. 10.906)

... grant that I be my son’s partner in his tomb,
 where another would have said, “And grant that I share a
 tomb with my son”; and (A. 5.609*)

She hurried her way over a bow with a thousand
 colors,

that is, “over a bow of a thousand colors”;⁵¹ 5. and
 (A. 11.193)

Here others hurl for the fire [*igni*] spoils stripped
 from slain Latins,

for “onto the fire [*in ignem*]”; and (A. 5.438*)

With his body and watchful eyes he just escapes the
 missiles,

“escapes the missiles” for “avoids”;⁵² and (A. 10.418*)

... the old man relaxed his hoary [*canentia*] eyes in
 death,

for “eyes made old by long time’s passage”; 6. and (G. 4.4)

... in the cave of a tree that had been eaten away,

for “in the hollow”; and (A. 7.417)

... plows wrinkles into her foul forehead,

exire (“to go out”) as a transitive verb with a direct object. Equally striking, but unremarked, is Virgil’s use of *tela* (“missiles”) to denote the punches thrown in a boxing match.

SATURNALIA

"arat" non nimie sed pulchre dictum. <et>¹³⁶

ter secum . . .

. . . aerato circumfert tegmine silvam,

pro "iaculis"; et "vir gregis" pro "capro." 7. et illa quam pulchra sunt: "aquae mons," "telorum seges," "ferreus imber," ut apud Homerum:

λάϊνον ἔσσο χιτῶνα κακῶν ἔνεχ', ὅσσα ἔοργας

et

dona laboratae Cereris,

et

oculisque¹³⁷ aut pectore noctem
accipit,

et

vocisque offensa resultat imago,

et

pacemque per aras
exquirunt,

et

paulatim abolere Sychaeum
incipit.

¹³⁶ et *addidi*, *om.* ω

¹³⁷ oculisque ω (*codd. aliquot Verg.*)] oculisque *codd. cett. Verg.*

BOOK VI. 6.6-6.7

where "plows" is not overdone but nicely chosen; and (A. 10.887-88)

thrice he turns and with him . . .

. . . bears a forest on his shield's brazen covering,

where "forest" stands for "spears"; and "man of the flock" (E. 7.7*) for "he-goat"; 7. and these phrases, so beautiful: "a mountain of water" (A. 1.105), "a crop of missiles" (A. 3.46*), "iron rain" (A. 12.284*)—as we find in Homer (*Il.* 3.57),

you would long since have worn a stone tunic⁵³ for all
the woes you've caused—

and "gifts of worked Ceres" (A. 8.181*), and (A. 4.530-31)

and welcomes night with eyes or
heart,

and (G. 4.50*)

and a likeness of the voice strikes [the rocks] and
rebounds,

and (A. 4.56-57*)

and they seek peace
among the altars,

and (A. 1.720-21)

she begins, little by little, to banish
Sychaeus.

⁵³ I.e., would have been stoned to death (spoken to Paris).

SATURNALIA

8. 'Saepe etiam verba pro verbis pulchre ponit:

oraeque corticibus sumunt horrenda cavatis,

"ora" pro "personis," et

discolor unde auri per ramos aura refulsit.

quid est enim "aura" auri, aut quemadmodum aura "refulget"? sed tamen pulchre usurpavit. et

simili frondescit virga metallo,

quam bene usus est "frondescit metallo"! 9. et

nigri cum lacte veneni

. . . ¹³⁸ nigro imponere nomen lactis? et

haud aliter iustae quibus est Mezentius irae,

"odio esse" aliquem usitatum, "irae esse" inventum Maronis est.

10. 'Item de duobus incipit dicere et in unum desinit:

interea reges, ingenti mole Latinus

quadriugo vehitur curru,

ut est apud Homerum:

¹³⁸ *lacunam post veneni statuit Jan (bene 'quo modo potuit veneno' vel sim. exempli gratia obtulit)*

⁵⁴ A brief lacuna was identified here by Jan, whose plausible stop-gap ("quo modo potuit veneno") is reflected by the words in square brackets.

8. 'Often, too, he uses one word in another's place, to good effect:

And they take on fearsome faces of hollowed-out bark (*G.* 2.387),

where "faces" stands for "masks," and (*A.* 6.204*)

whence the contrasting breeze of gold gleamed through the branches—

for what is gold's "breeze," or how does a breeze "gleam"? Yet it's a handsome turn—and (*A.* 6.144*),

the branch is in leaf with a like metal—

what a nice touch, "is in leaf with metal"!—9. and (*A.* 4.514*),

with the milk of black poison—

[how did he come to] apply the name of "milk" to black [poison]?⁵⁴—and (*A.* 10.714)

Just so, those for whom Mezentius is an object of righteous anger—

that someone "is an object of hatred" is a familiar expression, but "is an object of anger" is Maro's own coinage.

10. 'Similarly, there are places where he begins by speaking of two people and ends by speaking only of one (*A.* 12.161–62*),

Meanwhile the kings, Latinus with his massive form is carried in a chariot with a team of four,

as we find in Homer (*Od.* 12.73–74),

SATURNALIA

οἱ δὲ δὺω σκόπελοι ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἰκάνει
ὄξείῃ κορυφῇ, νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκεν.

et

protinus Orsilochum et Buten, duo maxima Teucrum
corpora, sed Buten aversum cuspide fixit

et cetera.

11. Iuturnam misero, fateor, succurrere fratri
suasi,

cum solitum sit dici "Iuturnae suasi," et

urbem quam statuo, vestra est,

<pro "urbs quam statuo vestra est">¹³⁹ et

tu modo, quos in spem statues submittere gentis,
praecipuum iam inde a teneris impende laborem,

pro "in eos impende."

12. 'Facit pulcherrimas repetitiones:

nam neque Parnassi vobis iuga, nam neque Pindi
ulla moram fecere.

¹³⁹ pro "urbs quam statuo vestra est" *addidi e Serv. ad A. 1.573, om. ω*

⁵⁵ The comparison of the Virgilian passages with the Homeric is misleading: Homer never does return to describe the second of the two crags, whereas Virgil goes on to treat the second king (Turnus) in the first passage (A. 12.164–65) and the second brother in the other (A. 11.694–98).

⁵⁶ Cf. DServ. on A. 10.10.

BOOK VI. 6.10–6.12

The two crags, one reaches to broad heaven
with its jagged crest, and cloud surrounds it;

and (A. 11.690–91),

Straightway, Orsilochus and Butes, the two most
massive
of the Trojans, but Butes' back he pierced with his
spear-point,

and so on.⁵⁵

11. I persuaded that Juturna—I admit it—come to
the aid of her poor
brother (A. 12.813–14),

though the customary idiom is “I persuaded Juturna”;⁵⁶
and (A. 1.573*)

Which city I am founding is yours,

for “the city which I am founding is yours”; and (G. 3.73–
74†)

Just see to it that, those you plan to breed as the
herd's future hope,
invest your chief effort right from the time they are
young,

for “invest in those.”

12. ‘He uses repetitions to very good effect:

For neither Parnassus' ridges, for neither Pindus'
caused
you any delay. (E. 10.11–12)

SATURNALIA

quae vobis, quae digna, viri, pro talibus ausis?¹⁴⁰
vidisti quo Turnus equo, quibus ibat in armis?

13. 'Nec interpositiones eius otiosae sunt:

"si te nulla movet tantarum gloria rerum,¹⁴¹
at ramum hunc"—aperit ramum qui forte¹⁴² latebat—
"agnoscis,"¹⁴³

"Vt sceptrum hoc"—dextra sceptrum nam forte
gerebat—
"numquam fronde levi. . . ,"

14. 'Et illa mutatio elegantissima est ut de quo loquebatur subito ad ipsum verba converteret:

. . . ut bello egregias idem disiecerit urbes,
Troiamque Oechaliamque et¹⁴⁴ duros mille labores
rege sub Eurystheo fati Iunonis iniquae
pertulerit: "tu nubigenas invicte bimembris . . ."

et reliqua. 15. illa vero intermissio

quos ego—sed motos praestat componere fluctus,
tracta est a Demosthene: ἀλλ' ἐμοὶ μὲν—οὐ βούλομαι

¹⁴⁰ talibus ausis (*codd. aliquot Verg., cf. A. 2.535, 12.351*)
laudibus istis *codd. cett. Verg., Serv., Tib., edd.*

¹⁴¹ tantarum gloria rerum (*cf. A. 4.232, 272*)] tantae pietatis
imago *Verg.*

¹⁴² forte] veste *Verg.*

¹⁴³ agnoscis] adgnoscas *Verg.*

¹⁴⁴ et (*codd. Rbr Verg.*)] ut *codd. cett. Verg., Tib.*

BOOK VI. 6.12–6.15

What am to give you, what worthy things, men, to
match your bold undertaking? (A. 9.252)

Did you see the horse, see the arms Turnus wore as
he rode? (A. 9.269)

13. 'His parenthetical interventions are effective too:

If the glorious reputation of such deeds does not
move you,
still, this bough (he shows the bough he chanced to
have hidden)
is not unfamiliar (A. 6.405–7),

As this scepter (for he chanced to hold the scepter in
his right hand)
will never with delicate foliage . . . (A. 12.206–7*),

14. 'A very subtle effect is achieved, too, by the change
of course whereby he begins by speaking about a person
and then turns to address him directly (A. 8.290–93):

. . . how the same hero scattered noble cities in war,
Troy and Oechalia, and bore to the end a thousand
hard labors under king Eurystheus because of the
destiny imposed
by cruel Juno: "You, invincible one, the hybrids born
from a cloud . . ." ⁵⁷

and so on. 15. But the way he breaks off here (A. 1.135)

whom I'll—but better now to settle the troubled seas
is drawn from Demosthenes (18.3): "But as far as I'm con-

⁵⁷ Cf. 6.5.13n.

SATURNALIA

δυσχερὲς οὐδὲν εἰπεῖν¹⁴⁵ ἀρχόμενος τοῦ λόγου, οὗτος δὲ ἐκ¹⁴⁶ περιουσίας ἐμοῦ¹⁴⁷ κατηγορεῖ. 16. haec vero quam poetica indignatio:

“pro Iuppiter! ibit

hic. . . ?,” ait,

haec miseratio:

o patria, o¹⁴⁸ rapti nequiquam ex hoste Penates!

et illa trepidatio:

ferre citi ferrum, date tela et scandite¹⁴⁹ muros:
hostis adest!,

et conquestio:

mene igitur socium tantis¹⁵⁰ adiungere rebus,
Nise, fugis?

17. ‘Quid et illa excogitatio novorum intellectuum ut
mentitaque tela,

et

ferrumque armare veneno,

et

¹⁴⁵ εἰπεῖν οὐδὲν *Dem.*

¹⁴⁶ ἐκ *om. a*

¹⁴⁷ ἐμοῦ] *μον Dem.*

¹⁴⁸ o] *et Verg.*

¹⁴⁹ et scandite (*codd. plerique Verg., Tib.*) ascendite *codd. cett. Verg., edd.*

¹⁵⁰ tantis] *summis Verg.*

cerned—no, I do not wish to speak harshly at the start of my speech, though *he* has the advantage in denouncing me.” 16. How poetic this expression of outrage is (A. 4.590*–91),⁵⁸

“By god!,” she said,
will he just leave . . . ?”

and this expression of pity (A. 5.632),

O my homeland, o Penates rescued—in vain—from
the enemy!

and this expression of agitation (A. 9.37*†),

Quick, bring a sword, hand out the lances, mount the
walls:

the enemy is upon us!

and lament (A. 9.199–200),

Is it me, then, Nisus, you’re trying to avoid enlisting
as an ally in such an exploit?

17. ‘Consider, too, the way he comes up with wholly
new ways of expressing certain thoughts, like (A. 2.422*)

and counterfeit weapons,

and (A. 9.773*)

and arm the spear-point with poison,

and (G. 2.36)

⁵⁸ For the treatment of *pathos*, see 4.2–3; the first example here is cited at 4.2.2.

SATURNALIA

cultusque¹⁵¹ feros mollire¹⁵² colendo,
 <et>¹⁵³

exuerint silvestrem animum,
 et
 virgineumque alte bibit acta cruorem,
 ut apud Homerum de hasta

λιλαιομένη χροὸς ἄσαι

18. et

pomaque degenerant sucos oblita priores,
 et
 glacie cursus frenaret aquarum,
 et
 mixtaque ridenti colocasia fundit¹⁵⁴ acantho,
 et¹⁵⁵

est mollis flamma medullas,
 interea et tacitum vivit sub pectore vulnus,
 et

udo sub robore vivit
 stuppa vomens tardum fumum,

¹⁵¹ cultusque (*cod. M¹ Verg.*)] fructusque *codd. cett. Verg.*

¹⁵² mollire] -te *Verg.*

¹⁵³ et *ed. Lugd. 1550, om. ω*

¹⁵⁴ fundit] -et *Verg.*

¹⁵⁵ et *P, om. ω*

BOOK VI. 6.17-6.18

and by cultivation soften your wild ways of life,
and (G. 2. 51)

they stripped off their woodland soul,
and (A. 11.804)

and driven deep [the arrow] drinks the maiden's
gore—
as in Homer, concerning a spear (*Il.* 21.168),
eager to eat its fill of flesh—

18. and (G. 2.59)

and the fruit deteriorate, forgetting their former
juices,
and (G. 4.136*)

[winter] reins in the galloping streams with ice,
and (*E.* 4.20)

and pours fourth the Egyptian bean mixed with
smiling acanthus,
and (A. 4.66-67)

Meanwhile, a flame eats at her soft marrow
and deep in her breast a silent wound is alive,
and (A. 5.681-82)

Beneath the damp oak the tow
is alive, belching out lingering smoke,

SATURNALIA

19. et

saevitque canum latratus in auras,

et

caelataque amnem fundens pater Inachus urna,

et

adfixae venis animasque in vulnera ponunt,

et quicquid de apibus dixit in virorum fortium similitudinem, ut adderet quoque mores et studia et populos et proelia, quid plura, ut et Quirites vocaret. 20. dies me deficiet si omnia persequi a Vergilio figurata velim, sed ex his quae dicta sunt omnia similia lector diligens adnotabit.'

7 Cum Servius ista dissekeret, Praetextatus Avienum Eustathio insusurrantem videns, 'quin age' inquit 'Eustathi, verecundiam Avieni probi adolescentis iuva et ipse publicato nobis quod immurmurat.' 2. Eustathius; 'iam dudum,' inquit, 'multa de Vergilio gestit interrogare Servium, quorum enarratio respicit officium litteratoris, et tempus indulgeri optat quo de obscuris ac dubiis sibi a doctiore fiat certior.' 3. et Praetextatus, 'probo,' inquit, 'mi Aviene, quod ea de quibus ambigis clam te esse non pateris. unde exoratus sit a nobis doctissimus doctor ut te secum negotium habere patiat, quia in commune proficient quae desideras audire. ne tu modo ultra cesses aperire Servio viam de Vergilio disserendi.'

⁵⁹ The name used to address the Roman citizen body in formal assembly.

19. and (A. 5.257)

and the dogs' barking rages against the wind,

and (A. 7.792)

and father Inachus, spilling his stream from an
engraved urn,

and (G. 4.238*)

stuck fast to the veins [the bees] lay down their lives
in the wound,

and his whole account of the bees (G. 4.149ff.) that likens them to heroes, even attributing to them customs and focused pursuits and peoples and battles, in short, even calling them "Quirites"⁵⁹ (G. 4.201*). 20. I'll spend the whole day and more, should I want to give a thorough account of Virgil's figurative language, but from what I've said an attentive reader will remark all the others like them.'

While Servius was holding forth, Praetextatus noticed 7
Avienus whispering to Eustathius and said, 'Come now, Eustathius, make good our fine young friend Avienus' modest restraint and share with us yourself what he's murmuring in your ear.' 2. Eustathius said, 'For a while now he's been dying to ask Servius many questions about Virgil that fall within a teacher's proper sphere, and he hopes he can be allowed the time to be instructed by one more learned than himself on points he finds doubtful and obscure.' 3. And Praetextatus said, 'Good for you, Avienus, for not concealing the things that leave you uncertain. So then, let our most learned teacher be prevailed upon to accept your consultation, since we'll all profit from the things you want to learn: don't be slow, now, to give Servius an opening to talk about Virgil.'

SATURNALIA

4. Tunc Avienus totus conversus in Servium, 'dicas volo,' inquit, 'doctorum maxime, quid sit quod Vergilius, qui¹⁵⁶ anxie semper diligens fuerit in verbis pro causae merito vel atrocitate ponendis, incuriose et abiecte in his verbis verbum posuit:

candida succinctam latrantibus inguina monstribus
Dulichias vexasse rates.

"vexasse" enim verbum est levis ac parvi incommodi nec tam atroci casui congruens, cum repente homines a belua immanissima rapti laniatique sint. 5. sed et aliud huiusce modi deprehendi:

quis aut Eurysthea durum
aut inlaudati nescit Busiridis aras?

hoc enim verbum "inlaudati" non est idoneum ad exprimendam sceleratissimi hominis detestationem, qui quod homines¹⁵⁷ omnium gentium immolare solitus fuit, non laude indignus, sed detestatione execrationeque totius generis humani dignus est. 6. sed nec hoc verbum ex diligentia Vergiliana venire mihi videtur,

. . . per tunicam squalentem auro:

non enim convenit dicere "auro squalentem" quoniam nitenti splendorique auri contraria sit squaloris inlucies.'

¹⁵⁶ qui C: *om. ω*, cum *post* quod R^m

¹⁵⁷ homines] hospites *Gell.*

4. Then Avienus, turning to face Servius, said,⁶⁰ ‘Please tell me, best of teachers, why Virgil, who was ever finicky and careful in weighing his words to suit the merits of his subject or their lack, used a word carelessly, just tossing it off, in these lines (*E.* 6.75–76*†),

girt round her fair groin with baying monsters,
she harried the ships of Ulysses.

For “harried” is a verb appropriate to a slight and trivial discomfiture, not the horrendous misfortune entailed when people are suddenly seized and torn to bits by an utterly dreadful monster. 5. But there’s also another instance of this sort that I’ve come upon (*G.* 3.4–5*):

Who does not know of cruel
Eurystheus or the altars of Busiris, whom none can
praise?

For saying “whom none can praise” isn’t suited to expressing the loathing appropriately felt for the worst sort of criminal, who—seeing that he used to sacrifice people of all nations—was not just unworthy of praise, but worthy of being hated and cursed by the whole human race. 6. For that matter, this word, too, seems inconsistent with Virgil’s exacting care (*A.* 10.314*†),

. . . through his tunic caked with gold:

“caked with gold” is inappropriate, since the filthiness associated with “caking” is the opposite of gold’s gleaming splendor.’

⁶⁰ §§4–19 are based on *Gell.* 2.6; (D)Serv. offer a parallel discussion of each of the phrases queried.

SATURNALIA

7. Et Servius: 'de verbo "vexasse" ita responderi posse arbitror: vexasse grave verbum est tractumque ab eo videtur quod est vehere in quo inest iam vis quaedam alieni arbitrii, non enim sui potens est qui vehitur. vexare autem, quod ex eo inclinatum est, vi atque motu procul dubio vastiore est. 8. nam qui fertur et raptatur atque huc et illuc distrahitur, is "vexari" proprie dicitur sicuti "taxare" pressius crebriusque est quam "tangere," unde id procul dubio inclinatum est, et "iactare" multo fusius largiusque est quam "iacere," unde id verbum traductum est, "quassare" etiam quam "quater" gravius violentiusque est. 9. non igitur quia vulgo dici solet vexatum esse quem fumo aut vento aut pulvere, propterea debet vis vera atque natura verbi deperire, quae a veteribus, qui proprie atque signate locuti sunt, ita ut decuit conservata est. 10. M. Catonis verba sunt ex oratione quam de Achaeis scripsit: "cumque Hannibal terram Italiam laceraret atque vexaret." "vexatam" Italiam dixit Cato ab Hannibale, quando nullum calamitatis aut saevitiae aut immanitatis genus reperiri queat quod in eo tempore Italia non perpressa sit. 11. M. Tullius quarto in Verrem: "quae ab isto sic spoliata atque direpta est, non ut ab hoste aliquo, qui tamen in bello religionem et consuetudinis iura retineret, sed ut a barbaris praedonibus vexata esse videatur."

12. 'De "inlaudato" autem duo videntur responderi posse. unum est eiusmodi: nemo quisquam tam efflictis est

7. Servius said: 'As for the verb "harried," I think a response can be made along these lines: "harry" is a weighty word apparently derived from the verb "carry" [*vehere*], which immediately implies a certain force of another person's will, since one who is carried is not in control of his movements. The derivative verb "to harry" is plainly associated with a much more intense sort of forceful movement. 8. For a person who is borne along, carried off, and pulled this way and that is properly said to be "harried," just as "tag" [*taxare*] involves an action more insistent and repeated than "touch" [*tangere*], from which it is surely derived, and "throw" [*iactare*] is a much broader and larger gesture than "toss" [*iacere*], its source, and "shock" [*quassare*] is more serious and violent than "shake" [*quaterere*]. 9. Just because it's commonly said that someone is "harried" by smoke or wind or dust there's no need for us to lose the word's true force and nature, which was appropriately preserved by the ancients, who used language properly and exactly. 10. Here are the words of Marcus Cato, from the speech he wrote on the Achaeans (fr. 187 *ORF*²): "And when Hannibal was savaging and harrying the land of Italy." Cato said Italy was "harried" by Hannibal, though no sort of disaster or savagery or inhumanity could be found that Italy did not fully suffer at that time. 11. Marcus Tullius, in the fourth book against Verres (2.4.122): "that scoundrel so despoiled and plundered [the temple] that it seems to have been harried, not by some foreign enemy—who even in war would still have observed religious scruple and traditional rights—but by barbarian free-booters."

12. 'Regarding "whom none can praise," I think there are two possible answers. One goes like this: no one is such

SATURNALIA

moribus quin faciat aut dicat non numquam aliquid quod laudari queat. unde hic antiquissimus versus vice proverbii celebratus est:

πολλάκι γὰρ καὶ μωρὸς¹⁵⁸ ἀνὴρ μάλα καίριον¹⁵⁹
εἶπε.

13. sed enim qui omni in re atque omni tempore laude omni vacat, is inlaudatus est isque omnium pessimus deterrimusque est, ac sicuti omnis culpae privatio inculpatus facit, inculpatus autem instar est absolutae virtutis, inlaudatus quoque igitur finis est extremæ malitiæ.

14. itaque Homerus non virtutibus appellandis sed vitiis detrahendis laudare ampliter solet. hoc enim est:

τὼ δ' οὐκ ἄκουτε πετέσθην

et item illud:

ἐνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδοις Ἀγαμέμνονα δῖον
οὐδὲ καταπτώσσουντ' οὐδ' οὐκ ἐθέλοντα
μάχεσθαι.

15. Epicurus quoque simili modo maximam voluptatem privationem detractionemque omnis doloris definivit his verbis: ὄρος τοῦ μεγέθους τῶν ἡδονῶν <ῆ>¹⁶⁰ παντὸς τοῦ ἀλγοῦντος ὑπέξαιρέσις. eadem ratione idem Vergilius "inamabilem" dixit Stygiam paludem: nam sicut inlaudatum κατὰ στέρησιν laudis, ita inamabilem per amoris

¹⁵⁸ γὰρ καὶ μωρὸς (om. β₂)] τοι καὶ μωρὸς Stob. 3.4.23, Diogenianus 7.81: καὶ κηπουρὸς codd. Gell.

¹⁵⁹ μάλα καίριον α Gell. (om. β₂): κατακαίριον Stob., Diogen.

¹⁶⁰ ῆ ex Epicur. supplevi (cf. Gell. 2.9.2)

a desperado that he does not sometimes do or say something that that could be praised. That's why the following very ancient line enjoys the status of a proverb (Aesch. fr. 471 *TGrF* 3:504):

For often even a foolish man has spoken in a very
timely way.

13. But the person entirely bereft of praise in every circumstance and at every moment is someone whom none can praise, the very worst and basest of all; and just as being free of every fault makes one a person whom none can fault—and since being such a one is the image of perfect virtue—being one whom none can praise is therefore the ultimate definition of wickedness. 14. That's why Homer usually expresses the full measure of praise not by naming virtues but by noting the absence of vices: hence we find (*Il.* 5.366 *et al.*)

the two flew on not unwillingly

and similarly in (*Il.* 4.223-44)

you would not see brilliant Agamemnon napping
there

nor cowering nor refusing to engage in the battle.

15. Epicurus, too, similarly defined the supreme pleasure as the absence and removal of all pain, in these terms (*Principal Doctrines* 3): "The definition of the magnitude of pleasures is the removal of all that which causes pain." By the same principle Virgil used the term "whom none could love" of the Stygian marsh (*G.* 4.479, *A.* 6.438): just as he expressed his loathing for "one whom none could praise" by depriving such a person of praise, so he did for

SATURNALIA

στέρησις detestatus est. 16. altero modo inlaudatus ita defenditur: "laudare" significat prisca lingua nominare appellareque; sic in actionibus civilibus auctor laudari dicitur, quod est nominari. inlaudatus ergo est quasi inlaudabilis, id est numquam nominandus, sicuti quondam a communi consilio Asiae decretum est uti nomen eius qui templum Dianae Ephesiae incenderat ne quis ullo in tempore nominaret.

17. "Tertium restat ex iis quae reprehensa sunt, quod "tunicam squalentem auri" dixit. id autem significat copiam densitatemque auri in squamarum speciem intexti. "squalere" enim dictum ab squamarum crebritate asperitateque, quae in serpentum pisciumve coriis visuntur. 18. quam rem et alii et hic idem poeta locis aliquot demonstrat: "quem pellis," inquit,

aënis

in plumam squamis auro conserta tegebat,
et alio loco:

iamque adeo rutilum thoraca indutus aënis
horrebat squamis.

Accius in Pelopidibus¹⁶¹ ita scribit:

eius serpentis squamae squalido auro et purpura
praetextae.¹⁶²

¹⁶¹ Pelopidibus (*lapsu nostri*)] Pelopidis *Gell.* 2. 6. 23

¹⁶² praetextae] per- *Gell. ibid.*

⁶¹ One Herostratus, in 356 BCE: we know his name thanks to Strabo 14.1.22, prob. drawing on Theopompus (cf. Val. Max. 8.14 (ext.).5). ⁶² Cf. Non. p. 725.

“one whom none could love” through the removal of love. 16. Here is the second way the epithet *inlaudatus* can be defended. In archaic Latin the verb *laudare* [“to praise”] meant “to name and address”: thus in civil trials the person posting a surety is said *laudari*, that is, to be named. Someone who is *inlaudatus*, then, is as it were one who cannot *laudari*, that is, one who is never to be named, just as the joint council of Asia once decreed that no one was ever to speak the name of the man who had burned the temple of Diana at Ephesus.⁶¹

17. The third of the criticisms remains, that fact that he spoke of a “tunic caked with gold.” But the phrase conveys the quantity and thickness of the gold that was woven into the tunic, giving the impression of fish-scales: the verb “to be caked” [*squalere*] is derived from the density and roughness of the scales [*squamae*] seen on the skins of snakes and fish.⁶² 18. Other authors demonstrate this fact, as does Virgil himself in several passages: “[the horse] was covered,” he says (A. 11.770-71),

by a caparison of bronze
scales stitched with gold in a feather pattern,

and in another passage (A. 11.487-88),

already dressed now in his cuirass, glowing warmly,
he bristled
with brazen scales.

Accius in *Pelopides* writes (517-8 SRPF³ 1:235):

The serpent's scales were edged with caked gold and
purple.

19. quicquid igitur nimis inculcatum obsitumque aliqua re erat, ut incuteret visentibus facie nova horrorem, id squalere dicebatur. sic in corporibus incultis squamosisque alta congeries sordium "squalor" appellatur, cuius significationis multo assiduoque usu totum id verbum ita contaminatum est, ut iam "squalor" de re alia nulla quam de solis inquinamentis dici coeperit.'

- 8 'Gratum mihi est,' Avienus ait, 'correctum quod de optimis dictis male opinabar. sed in hoc versu videtur mihi deesse aliquid:

ipse Quirinali lituo parvaque sedebat
succinctus trabea.

si enim nihil deesse concedimus, restat ut fiat lituo et trabea succinctus, quod est absurdissimum, quippe cum lituus sit virga brevis in parte qua robustior est incurva, qua augures utuntur nec video qualiter lituo possit succinctus videri.'

2. Respondit Servius: 'sic hoc dictum est ut pleraque dici per defectionem solent, veluti cum dicitur "M. Cicero, homo magna eloquentia" et "Roscius, histrio summa venustate." non plenum hoc utrumque neque perfectum est, sed enim pro pleno ac perfecto auditur. 3. ut Vergilius alio in loco:

victorem Buten immani corpore—
id est corpus immane habentem—et item alibi:

19. Whatever was packed, then, and thickly covered with some substance so that its strange appearance made those looking at it shudder was said to be "caked": that's why the deep layer of filth that forms on neglected and scaly bodies is called *squalor*, though the constant use of that meaning has so colored the whole word that *squalor* has begun to be used exclusively of impurities.'

'I'm glad,' Avienus said, 'to have my mistaken view of Virgil's excellent verses set straight. But something seems to be lacking in these lines (A. 7.187-88):'⁶³ 8

He himself [sc. Picus] was seated, girt in his short
purple
cloak and the *lituus* of Quirinus.

If we grant that nothing's lacking, we're left with his being girt with a *lituus* and a cloak—and that's silly in the extreme, since a *lituus* is a short staff curved at its thicker end, part of an augur's equipment, and I don't see how he could appear to be "girt" with one.'

2. Servius replied, "The expression has the form that's usual for expressions that leave something implied, as when we say "Marcus Cicero, a person with great eloquence" or "Roscius, an actor with supreme grace." Neither of these expressions is fully formed and complete, but they're understood as though they were. 3. Compare what Virgil says in another passage (A. 5.372),

the victorious Butes with a monstrous body—

that is, having a monstrous body—and likewise elsewhere (A. 5.401*-2),

⁶³ §§1-6 are based on Gell. 5.8.

SATURNALIA

in medium geminos immani pondere cestus
proiecit,

ac similiter:

domus sanie dapibusque cruentis.

4. sic igitur id quoque dictum videri debet: "ipse Quirinali lituo," id est lituum Quirinalem tenens. quod minime mirandum foret si ita dictum fuisset, Picus Quirinali lituo erat, sicuti dicimus, statua grandi capite erat. et "est" autem et "erat" et "fuit" plerumque absunt cum elegantiā sine detrimento sententiā.

5. 'Sed quoniam facta litui mentio est, praetermittendum non est quod posse quaeri animadvertimus, utrum a tuba lituus auguralis appelletur, an tuba a lituo augurum lituus dicta sit. utrumque enim pari forma et pariter in capite incurvum est. 6. sed si, ut quidam putant, tuba a sonitu lituus appellata est, ex illo Homeri versu,

λίγξε βίος,

necesse est ut virga auguralis a tubae similitudine lituus vocetur. utitur autem vocabulo isto Vergilius et pro tuba, ut ibi:

et lituo pugnās insignis obibat et hasta.'

7. Subiecit Avienus: "maturate fugam" quid sit parum mihi liquet. contraria enim videtur mihi fuga maturitati,

⁶⁴ The similarity between the first two letters of *lituus* and Gk. *liggein* ("twang") could satisfy some ancient etymologists that the two were related. ⁶⁵ §§7-13 are based on Gell. 10.11 (cited by DServ. on *G.* 1.260), cf. also Non. p. 73.

into the middle of the arena he tossed two gloves
with monstrous mass,

and similarly (A. 3.618):

a house with purulent, bloody banquets.

4. That seems to be the form of expression in the case you pointed to: "he himself with the *lituus* of Quirinus," that is, holding the *lituus* of Quirinus. And it would not be at all strange for it to have been put that way, "There was Picus with the *lituus* of Quirinus," just as we say, "There was a statue with a large head." "Is" and "was" and "has been" are usually omitted, with a delicacy that does not detract from the thought being communicated.

5. 'But since the *lituus* has come up, I should not let a possible line of inquiry go by: whether the augur's *lituus* is so called from the battle-horn of the same name or the battle-horn is called a *lituus* after the augur's staff—for both have the same shape, and both are curved at the head.

6. But if, as some suppose, the battle-horn was called a *lituus* because of its sound, after this line of Homer (*Il.* 4.125),

the bow twanged,⁶⁴

then the augur's staff must be called the *lituus* from its resemblance to the horn. Furthermore, Virgil uses that word for the horn, too, as in this case (A. 6.167):

he was going to face battle distinguished by both his
lituus and his spear.'

7. Avienus interposed,⁶⁵ "The meaning of "Make your flight *matura*" (A. 1.137*) is not entirely clear to me, for

unde quid de hoc verbo sentiendum sit quaeso me doceas.' 8. Et Servius: 'Nigidius, homo omnium bonarum artium disciplinis egregius, "mature," inquit, "est quod neque citius neque serius sed medium quiddam et temperatum est." bene atque proprie Nigidius. nam et in frugibus et in pomis "matura" dicuntur quae neque cruda et immitia sunt neque caduca et nimium cocta sed tempore suo temperate adulta. 9. hanc interpretationem Nigidianam divus Augustus duobus verbis Graecis eleganter exprimebat. nam et dicere in sermonibus et scribere in epistulis solitum ferunt $\sigma\pi\epsilon\upsilon\delta\epsilon\ \beta\rho\alpha\delta\acute{\epsilon}\omega\varsigma$, per quod monebat ut ad rem agendam simul adhiberetur et industriae celeritas et tarditas diligentiae, ex quibus duobus contrariis fit maturitas. 10. sic ergo et Vergilius inducit Neptunum discessum ventis imperantem ut et tam cito discedant tamquam fugiant, et tamen flandi mediocritatem in regressu teneant, tamquam mature id est temperate abeuntes. veretur enim ne ipso discessu classi noceant dum raptu nimio tamquam per fugam redeunt. 11. idem Vergilius duo ista verba "maturare" et "properare" tamquam plane contraria scitissime separavit in his versibus:

frigidus agricolas¹⁶³ siquando continet imber,
 multa, forent quae mox caelo properanda sereno,
 maturare datur.

¹⁶³ agricolas] -lam Verg.

⁶⁶ I.e., at A. 1.137ff, after the storm has scattered Aeneas' fleet, where Neptune uses the phrase *maturate fugam* that is this discussion's starting point.

fleeing seems contrary to the state of being "mature" [*maturitas*]: so please tell me how I ought to make sense of this expression.' 8. Servius replied, 'Nigidius, a man outstandingly learned in all the worthy disciplines, said (fr. 48), "Something that happens 'maturely' happens neither too soon nor too late but achieves a balanced mean," and Nigidius gets it right on the mark. For grains and fruit are said to be "mature" when they're neither hard and unripe nor too soft and ready to fall but have reached a point of balanced ripeness in their proper season. 9. The deified Augustus neatly caught the sense of Nigidius explanation with two Greek words: for they say that in his conversation and correspondence he often said, *speude bradeôs* ["make haste slowly"] (*epist.* fr. 50 Malc.), by which he meant to suggest that to any task one should apply both the speed of serious application and the delay of due diligence, with "maturity" as the product of these two opposing qualities. 10. And that is the way Virgil introduces Neptune when he orders the winds to depart,⁶⁶ so that they might leave as quickly as they would if fleeing and yet blow gently while retreating, as though they were going away "maturely," which is to say, temperately—for the god worries that they might harm the fleet by their very departure, if they carried the ships in a retreat that was too much like flight. 11. Virgil also very shrewdly distinguished between "to make mature" [*maturare*] and "to hasten" [*properare*], as direct opposites, in these lines (G. 1.259-61):

Whenever the cold rain keeps the farmer indoors, it
 is a chance
 to do in good time [*maturare*] many things that will
 have to be hurried [*properanda*]
 when the weather clears.

12. bene et eleganter duo ista verba divisit. namque in praeparatu rei rusticae per tempestates pluvias, quoniam ex necessitate otium est, maturari potest: per serenas vero, quoniam tempus instat, properari necesse est. 13. sane cum significandum est coactius quid et festinantius factum, rectius hoc dicitur "praemature" factum quam "mature": sicuti Afranius dixit in togata, cui Titulus nomen est:

adpetis dominatum demens¹⁶⁴ praemature
praecocem.

in quo versu animadvertendum est quod "praecocem" inquit non "praecoquem," est enim casus eius rectus non "praecoquis" sed "praecox."

14. Hic Avienus rursus interrogat: 'cum Vergilius,' inquit, 'Aenean suum tamquam omnia pium a contagione atrocis visus apud inferos vindicaverit, et magis eum fecerit audire reorum gemitus quam ipsa videre tormenta, in ipsos vero campos piorum libenter¹⁶⁵ induxerit, cur hoc tamen¹⁶⁶ versu ostendit illi partem locorum, quibus impii cohibebantur:

. . . vestibulum ante ipsum primisque in faucibus
Orci?

qui enim vestibulum et fauces vidit, intra ipsam aedem iam

¹⁶⁴ demens *Gell.* 10. 11. 8: petens ω (an lapsu *Macrob.*?)

¹⁶⁵ libenter *Willis*: licenter ω (quod defendi potest)

¹⁶⁶ tamen S: tantum ω

⁶⁷ Cf. 6.1.4n., on the *fabula togata*.

⁶⁸ The adjective *praecox* (> Engl. "precocious") is a compound

12. He drew a very nice distinction between the two words: preparations for farming can be made in good time [*maturari*] during the rainy season, a time of enforced leisure, whereas things must be hurried [*properari*] in fair weather, when time is pressing. 13. Of course, when we have to convey that something was done in too forced and hasty a manner, it's more correct to say that it was done "prematurely" [*praemature*] than "maturely" [*mature*], as Afranius said in his comedy in Roman dress⁶⁷ titled *The Tablet* (335 SRPF³ 2:248):

Madman, you prematurely seek a preposterous
mastery—

where we should note that he used the form *praecocem*, not *praecoquem*, since the nominative case is not *praecoquis* but *praecox*.⁶⁸

14. At this point Avienus put another question:⁶⁹ "Though Virgil protected his perfectly pious Aeneas from being polluted by the underworld's visual horrors—having him hear the groans of the condemned rather than see their torment (A. 6.557ff.), while gladly introducing him to the very Fields of the Pious (A. 6.638ff.)—why did he nonetheless reveal to him a part of the place where the impious were imprisoned, in this line (A. 6.273*):

. . . before the very reception area, at the opening of
Orcus' entryway?

If someone has seen the reception area [*vestibulum*] and

of the prefix *prae-* ("beforehand, ahead") and the verbal root *coqu-* ("cook").⁶⁹ §§14–22 are based on Gell. 16.5, with part of §18 drawn from Gell. 5.12.10; cf. also Non. p. 75.

sine dubitatione successit, aut si quid aliud de vestibuli vocabulo intellegendum est, scire desidero.'

15. Ad haec Servius: 'pleraque sunt vocabula quibus vulgo utimur neque tamen liquido advertimus quid ea ex vera proprietate significant, sicuti est vestibulum in sermonibus celebre atque obvium verbum, non omnibus tamen qui illo facile utuntur liquido spectatum.¹⁶⁷ putant enim vestibulum esse partem domus priorem, quam atrium vocant. 16. sed Caecilius¹⁶⁸ Gallus, vir doctissimus, in libro de significatione verborum quae ad ius civile pertinent secundo, vestibulum dicit esse non in ipsis aedibus neque aedium partem sed locum ante ianuam domus vacuum, per quem de via aditus accessusque ad fores aedium sit. ipsa enim ianua procul a via fiebat, area intersita quae vacaret. 17. quae porro huic vocabulo ratio sit quaeri multum solet, sed quae scripta apud idoneos auctores legi proferre in medium non pigebit. 18. "ve" particula, sicuti quaedam alia, tum intentionem significat tum minutionem. nam "vetus" et "vehemens," alterum ab aetatis magnitudine compositum elisumque est, alterum a nimio impetu et vi mentis instructum. "vecors" autem et "vesanus" privationem significat sanitatis aut cordis. 19. diximus autem superius

¹⁶⁷ spectatum C *Gell.* (*nisi exceptum malis*): ex(s)pectatum ω

¹⁶⁸ caecilius ω , *Gell.*: C. Aelius Pontano apud *Gell.*

⁷⁰ M.'s archetype and all but one of the manuscripts of Gellius give the name "Caecilius Gallus" to the jurist of the 1st cent. BCE C. Aelius Gallus: the error was probably already in the copy of Gellius that M. knew.

⁷¹ "Used to be" because the style of house M. describes—with the living quarters set back from the street and laid out symmetri-

entryway, he must assuredly have entered the building itself—or if the word *vestibulum* should be understood differently, I'd like to know it.'

15. Servius replied: 'There are very many words we commonly use whose true and proper meanings we do not clearly apprehend: *vestibulum* is one of them, a word we encounter everywhere in conversation, yet not clearly considered by all who use it casually, under the impression that the *vestibulum* is the first part of the house, which they call the atrium. 16. But Caecilius Gallus,⁷⁰ a very learned man, in Book 2 of *On the Meaning of Words Relevant to Civil Law*, says (fr. 23 IAH 1:251 = fr. 5 IAR⁶ = fr. 7 GRF 1:547) that the *vestibulum* is not in the building itself nor part of it but is an empty space in front of the house door that provides access to the front doors from the street: the door itself used to be set back some distance from the street, with an empty area left in between.⁷¹ 17. Much effort is often spent in analyzing this word, but I'm not loath to put before you what I've found in the suitable authorities. 18. Like some other particles, *ve* sometime conveys an increase in emphasis, sometimes a decrease: thus in the case of *vetus* ["aged"] and *vehemens* ["forceful, violent"], the former is a compound conveying great age [*ve* + *aetas*] from which a syllable has dropped out, while the other is formed to denote thought [*ve* + *mens*] that is too aggressive and forceful;⁷² conversely, *vecors* and *vesanus* convey a deficit of intelligence [*cor*] and sanity [*sanitas*].⁷³ 19. But as

cally around a long central axis—had passed out of fashion by late antiquity.

⁷² Cf. Terent. Scaur. *GL* 7:19.16.

⁷³ Cf. *LALÉ* 631 and 639, respectively.

SATURNALIA

eos qui amplas domos antiquitus faciebant locum ante ianuam vacuum relinquere solitos qui inter fores domus et viam medius esset. 20. in eo loco qui dominum eius domus salutatum venerant priusquam admitterentur consistebant, et neque in via stabant neque intra aedes erant. ab illa ergo grandis loci consistione et quasi quadam stabulatione vestibula appellata sunt spatia in quibus multum staretur ab advenientibus priusquam intromitterentur in domum. 21. alii consentientes vestibula eadem esse quae diximus, in sensu tamen vocabuli dissentiunt. referunt enim non ad eos qui adveniunt, sed ad illos qui in domo commanent, quoniam illic numquam consistunt, sed solius transitus causa ad hunc locum veniunt exeundo sive redeundo. 22. sive igitur <"ve">¹⁶⁹ secundum priores per augmentum sive per secundos per diminutionem intelligendum est, tamen vestibulum¹⁷⁰ constat aream dici quae a via domum dividit. fauces autem iter angustum est per quod ad vestibulum de via flectitur. 23. ergo Aeneas cum videt fauces atque vestibulum domus impiorum, non est intra domum nec contactu aedium saevo execrabilique polluitur, sed de via videt loca inter viam et aedes locata.'

- 9 "Bidentes" hostiae quid essent,' inquit Avienus, 'interrogavi quendam de grammaticorum cohorte et ille "biden-

¹⁶⁹ *ve addidi*

¹⁷⁰ vestibulum P: -la ω

⁷⁴ §§ 1-7 are based on Gell. 16.6.5-14; cf. also Serv. on A. 4.57, Non. p. 75.

I said above, people who used to build large houses in olden times usually left an empty space in front of the doorway, between the doors and street. 20. People who came to pay their morning respects to the master of the house used to congregate in that space before they were admitted and thus stood neither in the street nor within the house. From the large space devoted to this congregation, as a kind of stable area, the name *vestibula* was given to the spaces where visitors did a lot of standing around [*stare*] before being admitted to the house. 21. Others agree that the *vestibula* are the areas I've described but nonetheless disagree about the meaning of the word, thinking that it applies not to the house's visitors but to its inhabitants, who spend time no time at all standing there but only passing through as they're leaving the house or returning. 22. So, then, whether *ve* should be understood here as conveying increased emphasis, as the former hold, or decreased emphasis, as the latter, it is agreed that *vestibulum* is the name given to the space that separates the house from the street. The "opening" [*fauces*], on the other hand, is the narrow passageway that leads from the street to the *vestibulum*. 23. Therefore, when Aeneas sees the "opening" and "reception area" of the impious souls' dwelling, he is not within the dwelling nor is he polluted by contact with the dread and accursed building, but he is looking from the street at the space between the street and the building.'

'I asked one of the general troupe of grammarians,' 9 Avienus said,⁷⁴ 'what *bidentes* ["two-toothed"] victims were, and he replied that *bidentes* are sheep, and that is

tes" oves esse respondit idcircoque "lanigeras" adiectum, ut oves planius demonstrarentur. 2. "esto," inquam, "oves bidentes dicantur. sed quae ratio huius in ovibus epitheti scire" inquam "volo." atque ille nihil cunctatus "oves," inquit, "bidentes dictae sunt quod duos tantum dentes habeant." "ubi terrarum quaeso te," inquam, "duos solos per naturam dentes habere oves aliquando vidisti? ostentum enim hoc est et factis piaculis procurandum!" 3. tum ille permotus mihi et inritatus "quaere," inquit, "ea potius quae a grammatico quaerenda sunt: nam de ovium dentibus opiliones percontator!" facetias nebulonis hominis risi et reliqui; sed te percontor quasi ipsius verborum naturae conscium.'

4. Tum Servius: 'de numero dentium, quem ille opinatus est, reprehendendus a me non est cum ipse iam riseris, verum procurandum ne illud obrepat quod bidentes epitheton sit ovium, cum Pomponius, egregius Atellanarum poeta, in Gallis Transalpinis hoc scripserit:

Mars, tibi voveo facturum, si unquam rediero,¹⁷¹
bidente verre.

5. Publius autem Nigidius in libro quem de extis compo-

¹⁷¹ rediero] redierit *Gell.* 16.6.7

⁷⁵ *laniger* ("wool-bearing") is a fairly common adjective, especially in verse (Virgil uses it five times); but we know that the reference here must be A. 7.93 ("He sacrificed one hundred wool-bearing *bidentes* in due fashion") because it is the starting point of the discussion in Gellius that M. is mining.

⁷⁶ When a monstrous birth occurred (e.g., a two-headed calf), it was taken to indicate a disturbance in the "peace of the gods,"

why Virgil added the epithet "wool-bearing" (A. 7.93),⁷⁵ so that they might more expressly be shown to be sheep. 2. "Very well," said I, "let us take it that sheep are called *bidentes*. But *why* is the epithet used of sheep? That," I said, "is what I want to know." Without missing a beat he replied, "Sheep are called *bidentes* because they have only two teeth." "Where in the world, I ask you," said I, "have you ever seen sheep that naturally have only two teeth? That's a monstrosity demanding expiation!"⁷⁶ 3. Quite put out and peeved he was: "Ask me the sort of question a grammarian should be asked," he said, "As for sheeps' teeth, ask the shepherds!" I laughed at the foolish fellow's wisecrack and went off; but now I put the question to you, as one who knows the very nature of words.'

4. Then Servius said: 'I need not criticize the opinion he offered about the number of teeth, since you've already laughed it to scorn, but I should see to it that you are not taken unaware by the view that *bidentes* is an epithet specifically of sheep, since Pomponius, the outstanding author of Atellan farces,⁷⁷ wrote this in his *Gauls beyond the Alps* (51-52 *SRPF*³ 2:279):

Mars, I vow that if I ever return, I will sacrifice to
you
a two-toothed boar.

5. Furthermore, Publius Nigidius, in his book *On Entrails*, the stable order that proper relations between gods and humans maintained: it was assumed that the disturbance was due to some human misstep, for which expiation had to be offered.

⁷⁷ Cf. 1.4.21n.

suit "bidentes" appellari ait non oves solas sed omnes hostias bimas. neque tamen dixit cur ita appellentur. 6. sed in commentariis ad ius pontificium pertinentibus legi "bidennes" primo dictas, d littera ex superfluo, ut saepe adsolet, interiecta. sic pro "reire" "redire" dicitur et pro "reamare" "redamare," et "redarguere," non "rearguere." ad hiatum enim duarum vocalium procurandum interponi solet d littera. 7. ergo "bidennes" primum dictae sunt quasi "biennes" et longo usu loquendi corrupta est vox ex "bidennibus" in "bidentes." Hyginus tamen, qui ius pontificium non ignoravit, in quinto¹⁷² librorum quos de Vergilio fecit "bidentes" appellari scripsit hostias quae per aetatem duos dentes altiores haberent, per quos ex minore in maiorem transcendisse constaret aetatem.'

8. Iterum quaerit Avienus in his versibus,

frena Pelethronii Lapithae gyrosque dedere
impositi dorso atque equitem docuere sub armis
insultare solo et gressus glomerare superbos,

cur Vergilius equi officium equiti dederit. 'nam insultare solo et glomerare gressus equi constat esse, non equitis.' 9. 'bene' inquit Servius 'haec tibi quaestio nata est ex incuria veteris lectionis. nam quia saeculum nostrum ab Ennio

¹⁷² quinto] quarto *Gell.* 16.6.14

⁷⁸ §§8-11 are based on *Gell.* 18.5.4-10; cf. also *DServ.* on *G.* 1.116., *Non.* p. 152.

said (fr. 81) that not only sheep are called "two-toothed" but all sacrificial victims that are two years old—yet he didn't say why they are so called. 6. But in commentaries relating to pontifical law I read (fr. 2 *IAH* 2.2:566) that they were first called *bidennes* ["two-year"], with a *d* inserted, as often: thus we say *redire* not *reire* ["to go back"], *redamare* not *reamare* ["to love in return"], and *redarguere* not *rearguere* ["to refute"]. The letter *d* is commonly inserted to take care of the gap between two vowels. 7. *bidennes*, then, was first used to convey the idea of *biennes* and then from long usage the word was corrupted from *bidennes* ["two-year"] to *bidentes* ["two-toothed"]. Still, Hyginus, who was not ignorant of pontifical law, wrote in Book 5 of his work on Virgil (fr. 3 *GRF* 1:528) that victims are called "two-toothed" because they are of an age to have two teeth more prominent than the rest, which show that they have passed from a younger to a more mature stage in life.'

8. Again, in connection with these lines (*G.* 3.115-17),

Bridles and the training course the Pelethronian
 Lapiths gave us,
 mounted on horseback, and they taught the *equus*
 under arms
 to bound upon the earth and gallop with proud
 strides,

Avienus asked why Virgil assigned the function of the horse [*equus*] to the horseman [*equus*]:⁷⁸ 'For bounding upon the earth and galloping, as we know, are the horse's job, not the rider's.' 9. 'Of course,' said Servius, 'we have this question because the ancient texts are neglected: since our age has abandoned Ennius and the whole library of an-

SATURNALIA

et omni bibliotheca vetere descivit,¹⁷³ multa ignoramus, quae non laterent si veterum lectio nobis esset familiaris. omnes enim antiqui scriptores ut hominem equo insidentem, ita et equum, cum portaret hominem, "equitem" vocaverunt, et "equitare" non hominem tantum sed equum quoque dixerunt. 10. Ennius libro Annalium septimo ait:

denique vi magna quadrupes, eques atque elephanti
proiciunt sese.

numquid dubium est quin equitem in hoc loco ipsum equum dixerit, cum addidisset illi epitheton quadrupes?[?] 11. sic et "equitare," quod verbum e vocabulo equitis inclinatum est, et homo utens equo et equus sub homine gradiens dicebatur. Lucilius namque, vir adprime linguae Latinae sciens, equum equitare dicit hoc versu:

nempe¹⁷⁴ hunc currere equum nos atque equitare
videmus.

12. ergo et apud Maronem, qui antiquae Latinitatis diligens fuit, ita intellegendum est:

atque equitem docuere sub armis—

id est, docuerunt equum portando hominem—

¹⁷³ descivit S (desivit P): disc- ω

¹⁷⁴ nempe] quīs Gell., Non.

⁷⁹ There is some irony in having Servius speak these words, since his commentary on the *Aeneid* omits many citations of old Republican poetry that were included in his main source (Aelius Donatus) and includes many new citations from more recent poets (Lucan, Statius, Juvenal).

cient authors, we are ignorant of many things that would not lie hidden if the ancients' texts were our constant companions.⁷⁹ For all ancient writers applied the word *eques* as often to the horse when it carried a rider as to the person riding upon the horse, and they said that not only the person but also the horse "played the *eques*" [*equitare*]. 10. Ennius, in Book 7 of the *Annals*, says (236-7 Sk.):

And then the four-footed ones, *eques* and elephants,
violently
hurl themselves forward.

There can be no doubt, can there, that he used *eques* in place of the horse itself, since he applied the epithet "four-footed" to it? 11. So also *equitare*, a verb derived from the noun *eques*, used to be used both of a person riding a horse and of a horse walking along with a person astride it. Lucilius, a man second to none in his knowledge of Latin, uses *equitare* of a horse in this verse (1301):

We see, of course, this horse in its course playing the
eques.

12. So too in Maro, who was an attentive student of ancient Latin, the usage should be understood in those terms:

and they taught the *eques* under arms—

that is, they taught the horse, in the process of carrying the man—

SATURNALIA

insultare solo et gressus glomerare superbos.

13. Subiecit Avienus:

'cum iam¹⁷⁵ trabibus contextus acernis
staret equus:

scire vellem in equi fabrica casune an ex industria hoc genus ligni nominaverit. nam licet unum pro quolibet ligno ponere poeticae licentiae sit, solet tamen Vergilius temeritatem licentiae non amare, sed rationi certae in rerum vel nominum ele . . .¹⁷⁶

¹⁷⁵ iam] iam hic *Verg.*

¹⁷⁶ post ele unam lineam vacuum relinquit a (deest add. G), varie sententiam implent codd. β_2 ; subscriptione omnes carent.

to bound upon the earth and gallop with proud
strides.

13. Avienus interposed (A. 2.112*-13):

When the horse already stood, woven together
from beams of maple [*acernis*]:

I would like to know whether it was by chance or from design that he mentioned this kind of wood in speaking of the horse's construction. Though it's a matter of poetic license to use one kind of wood to stand for wood of any and every sort, Virgil nonetheless usually doesn't like the randomness that the license encourages but [follows] a specific plan in [choosing] objects or the labels applied to them
...⁸⁰

⁸⁰ The words in square brackets can safely be understood to supply the sense before the rest of Book 6 is lost in a lacuna.

<LIBER SEPTIMVS>¹

- 1 Primis mensis post epulas iam remotis et discursum variantibus poculis minutioribus Praetextatus, 'solet cibus,' inquit, 'cum sumitur, tacitos efficere, potus loquaces. at nos et inter pocula silemus tamquam debeat seriis vel etiam philosophis carere tractatibus tale convivium.'

2. Et Symmachus: 'verumne ita sentis, Vetti, ut philosophia convivii intersit et non tamquam censoria quaedam et plus nimio reverenda materfamilias penetralibus suis contineatur, nec misceat se Libero, cui etiam tumultus familiares sunt, cum ipsa huius sit verecundiae ut strepitum non modo verborum, sed ne cogitationum quidem in sacrarium suae quietis admittat? 3. doceat nos vel peregrina institutio et disciplina a Parthis² petita, qui solent cum concubinis, non cum coniugibus, inire convivia, tamquam has et in vulgus produci et lascivire quoque, illas non nisi domi abditas tueri deceat tectum pudorem. 4. an ego cen-

¹ *add. edd.* (Incipit Lib. IIII de diversis quaestionibus P, MACROBII THEODOSII VC ET ILL CONVIVIORVM TERTII DIEI INCIPIT Q, *silent* NGRFAC)

² Parthis] Πέρσας *Plut.*

¹ Afternoon of the third day, 19 December.

<BOOK SEVEN>¹

When the first course was finished and the tables cleared, 1
as smaller servings of wine were producing a varied bustle,
Praetextatus said, 'Food, when it's taken, usually makes
people quiet, wine makes them talkative—but we're silent
even while we drink, as though a dinner party like this
should abstain from treating serious or even philosophical
topics.'

2. Symmachus said, 'Is that what you really think,
Vettius—that philosophy should attend dinner parties and
not be kept within her own sanctuary, like some severe and
supremely respectable matron, and avoid mingling with
father Liber, that old crony of carouse, though she herself
is a figure of such modest restraint that she bars from her
peaceful shrine all dissonance, not just of words but even
of thoughts?'² 3. Let even a foreign custom instruct us, a
lesson fetched from the Parthians,³ who attend dinner par-
ties with their concubines, not their wives, as though it
were proper for the former to be brought forth in public
and even play the wanton, but for wives to uphold their
sheltered modesty only by being shut up at home. 4. Or am

² §§2–24 are based on Plut. *Mor.* 612F–614D, with some rear-
rangement and supplements in M.'s usual fashion.

³ In Plutarch, Persians.

SATURNALIA

seam producendam philosophiam quo rhetorica venire ars et professio popularis erubuit? Isocrates enim Graecus orator qui verba prius libera sub numeros ire primus coegit, cum in convivio a sodalibus oraretur ut aliquid in medium de eloquentiae suae fonte proferret, hac venia deprecatus est. "quae praesens," inquit, "locus et tempus exigit ego non calleo, quae ego calleo nec loco praesenti sunt apta nec tempori."

5. Ad haec Eustathius: 'probo, Symmache, propositum tuum, quo philosophiam ea quam maximam putas observatione veneraris, ut tantum intra suum penetral aestimes adorandam. sed si propter hoc a convivii exulabit, procul hinc facessant et alumnae eius, honestatem dico et modestiam, nec minus cum sobrietate pietatem. quam enim harum dixerim minus esse venerabilem? ita fit ut ab huius modi coetibus relegatus, matronarum talium chorus libertatem conviviorum solis concubinis, id est vitiis et criminibus, addicat. 6. sed absit ut philosophia, quae in scholis suis sollicitate tractat de officiis convivalibus, ipsa convivia reformidet, tamquam non possit rebus adserere quae solet verbis docere, aut nesciat servare modum cuius in omnibus humanae vitae actibus terminos ipsa constituit. neque enim ita ad mensas invito philosophiam ut non se ipsa moderetur, cuius disciplina est rerum omnium moderationem docere. 7. ut ergo inter te et Vettium velut arbitrari iudica-

⁴ M. speaks loosely in suggesting that sympotic behavior was part of the philosophical curriculum: if he does not simply allude to a general concern for logical and ethical discourse, he perhaps has in mind passages like Plut. *Mor* 629E (in a chapter imitated at 7.2.1ff.), where "Xenophon the Socratic" is cited for the appropriate sorts of questions to ask when drinking.

I to suppose that philosophy ought to be brought into a setting where rhetoric, wholly a profession of the people, blushed to come? For when the Greek orator Isocrates, who first placed the restraints of rhythm on prose that was previously free, was asked by his companions at a banquet to give them a display from the well-spring of his eloquence, he begged off on the following grounds: "I have no knack for the things this place and time require; the things I have a knack for are not suited to this place and time."

5. In response Eustathius said, 'I agree with your goal, Symmachus, of paying philosophy the greatest possible respect, which makes you think that she should be worshipped only within her own inner sanctum. But if she will be exiled from banquets for this reason, then let the children she fosters also keep far off—I mean, honorable behavior and restraint, and dutiful devotion along with sobriety: which of these am I to say is less worthy of respect than philosophy? That way the chorus of such reverend matrons, banished from gatherings of this sort, would award the liberty of dinner parties to concubines alone, which is to say, to vices and crimes. 6. But far be it from philosophy—which quite carefully treats in the schools questions of appropriate behavior at banquets⁴—to shrink from banqueting itself, as though it could not make good in fact the lessons it regularly preaches, or would not know how to limit itself when it has itself defined the appropriate boundaries in all spheres of human behavior. Yet if I invite philosophy to the dinner table, I do not mean that she is to abandon self-control, when she is expert at teaching self-control in all things. 7. So, then, to resolve your and Vettius' disagreement by a quasi-judicial decision, I open

SATURNALIA

tione componam, aperio quidem philosophiae tricliniorum fores, sed spondeo sic interfuturam, ne mensuram notae sibi ac sectatoribus suis dispensationis excedat.'

8. Tunc Rufius: 'quia te unicum, Eustathi,' inquit, 'sectatorem philosophiae nostra aetas tulit, oratus sis ut modum dispensationis quam das ei convivanti nobis ipse patefacias.' 9. Et Eustathius: 'primum hoc eam scio servaturam, ut secum aestimet praesentium ingenia convivarum, et si plures peritos vel saltem amatores sui in convivii societate reppererit, sermonem de se patietur agitari, quia velut paucae litterae mutae dispersae inter multas vocales in societatem vocis facile mansuescunt, ita rariores imperiti gaudentes consortio peritorum aut consonant si qua possunt, aut rerum talium capiuntur auditu. 10. si vero plures ab institutione disciplinae huius alieni sint, prudentibus, qui pauciores intererunt, sanciet dissimulationem sui, et patietur loquacitatem maiori parti amiciosem sonare, ne rara nobilitas a plebe tumultuosiore turbetur.

11. 'Et haec una est de philosophiae virtutibus, quia cum orator non aliter nisi orando probetur, philosophus non minus tacendo pro tempore quam loquendo philosophatur. sic ergo pauci qui aderunt doctiores in consensum rudis consortii salva et intra se quiescente veri notione migrabunt, ut omnis discordiae suspicio facessat. 12. nec mirum si doctus faciet quod fecit quondam Pisistratus

the dining rooms' doors to philosophy, but I promise that by her presence she will not overstep the canon of well-regulated behavior familiar to her and her followers.'

8. Then Rufius said, 'Since you are the unrivaled student of philosophy that our generation has produced, Eustathius, please be prevailed on to make plain for us the canon of behavior that *you* set for her at banquet.'

9. Eustathius said, 'First of all, I know that she would observe this rule: she would reflect on the character of the other guests, and if she found that the greater part of the banquet's fellowship were people experienced in her ways, or at least fond of her, she would readily permit herself to be the subject of discussion. For just as a few consonants scattered among many vowels quickly become less dissonant and blend in a kind of vocal alliance, so when those innocent of philosophy are in the minority, they take pleasure in the company of the learned and either chime in as they can or are beguiled by the things they hear. 10. But if the majority have had no philosophical education, then she will permit the well-informed who make up the minority to pretend ignorance of her and will tolerate the chatter that is dearer to the majority's heart, lest the under-represented nobility be harassed by the more rambunctious commons.

11. 'In fact, this is one of philosophy's virtues: whereas an orator is tested only when he speaks, a philosopher practices his wisdom by a timely silence no less than by his speech. So, then, the few learned men who will be present will go along their rude fellows, to banish any hint of discord, while their knowledge of the truth remains unimpaired and placid in their hearts. 12. A learned man will quite plausibly adopt the course once chosen by Pisistra-

SATURNALIA

Athenaram tyrannus. qui cum filiis suis rectum dando consilium non obtinisset adsensum, atque ideo esset in simultate cum liberis, ubi hoc aemulis causam fuisse gaudii comperit, ex illa discordia sperantibus in domo regnantis nasci posse novitatem, universitate civium convocata ait succensusse quidem se filiis non adquiescentibus patriae voluntati, sed hoc sibi postea visum paternae aptius esse pietati, ut in sententiam liberorum ipse concederet. sciret igitur civitas subolem regis cum patre concordem. 13. hoc commento spem detraxit insidiantibus regnantis quieti. ita in omni vitae genere praecipueque in laetitia convivali omne quod videtur absonum in unam concordiam soni salva innocentia redigendum est. sic Agathonis convivium, quia Socrates Phaedros Pausanias et Erysimachos habuit, sic ea cena quam Callias doctissimis dedit, Charmadam dico, Antisthenen et Hermogenen ceterosque his similes, verbum nullum nisi philosophum sensit. 14. at vero Alcinoi vel Didonis mensa quasi solis apta deliciis habuit haec Iopam illa Phemium³ cithara canentes, nec deerant apud Alcinoium saltatores viri, et apud Didonem Bitias sic hauriens merum ut se totum superflua eius effusione prolu-

³ Phemium *Willis*: poliphemum ω

⁵ An error for "Charmides," Plato's uncle: it is prob. M., not a scribe, who is responsible for substituting the name of an adherent of the New Academy whom he would have known from Cicero's *On the Orator* (e.g., 1.45-47; also mentioned in *Orator, Academica* 2, and *Tusculan Disputations* 1). ⁶ That is, the *Symposium* of Plato and of Xenophon, respectively.

⁷ Cf. *Od.* 8.72-82, 266-366, 469-520 and *A.* 1.740-47; the comparison is not taken over from Plutarch. M. seems to have

tus, tyrant of Athens. When he gave his sons good advice but could not command their agreement and so quarreled with them, he learned that this was giving comfort to his rivals, who hoped that the royal household's discord would lead to political upheaval. He therefore assembled the whole community and told them that though he had in fact been angry with his sons for refusing to fall in with their father's wishes, he had come to think it more befitting a father's duty that he himself accede to his children's point of view: let the community know, therefore, that the king's offspring were as one with their father. 13. By this contrivance he dashed the hopes of those who were conspiring against their ruler's peace of mind. In every area of life, and especially in the jovial setting of a banquet, anything that seems out of tune should—provided proper means are used—be reduced to a single harmony. That is why Agathon's banquet—with guests like Socrates, Phaedrus, Pausanias, and Eryximachus—and the dinner that Callias served his most learned contemporaries—I mean Charmadas,⁵ Antisthenes, Hermogenes, and all the others like them,⁶ heard not a single word that did not have to do with philosophy. 14. But Alcinoüs' table, or Dido's, being suited only to frivolity, had Iopas (in the latter case) and Phemius (in the former) singing to the lyre,⁷ nor did Alcinoüs lack for male dancers (*Od.* 8.370-80), while at Dido's banquet Bitias drank his unmixed wine so greedily that he drenched himself with the overflow (*A.* 1.738-39).

slipped in calling Demodocus, Alcinoüs' singer, "Phemius," the name of the bard at Odysseus' home in Ithaca; a scribe subsequently made a further error, transforming him into "Poliphemus," the Cyclops.

SATURNALIA

ret. nonne si quis aut inter Phaeacas aut apud Poenos sermones de sapientia erutos convivalibus fabulis miscuisset, et gratiam illis coetibus aptam perderet et in se risum plane iustum moveret? ergo prima eius observatio erit aestimare convivas.

15. 'Deinde ubi sibi locum patere viderit, non de ipsis profunditatis suae inter pocula secretis loquetur, nec nodosas et anxias, sed utiles quidem, faciles tamen, quaestiones movebit. 16. nam sicut inter illos qui exercitii genus habent in mediis saltare conviviis, si quis ut se amplius exerceat vel ad cursum vel ad pugilatum sodales lacessiverit, quasi ineptus relegabitur ab alacritate consortii, sic apud mensam quando licet aptis philosophandum est, ut crateri liquoris ad laetitiam nati adhibeatur non modo Nympharum sed Musarum quoque admixtione temperies. 17. nam si, ut⁴ fateri necesse est, in omni conventu aut tacendum est aut loquendum, quaeramus silentiumne conviviis an et opportunus sermo conveniat. nam si, ut apud Athenas Atticas Areopagitae tacentes iudicant, ita inter epulas oportet semper sileri, non est ultra quaerendum inter mensas philosophandum necne sit. si vero non erunt muta convivia, cur ubi sermo permittitur, honestus sermo prohibetur, maxime cum non minus quam dulcedo vini hi-

⁴ si ut F: sicut ω

⁸ I.e., the water added to the wine.

⁹ The sections that follow do not develop the thought of §§15-16 in a linear fashion but instead look back to the question whether there is a place for philosophical discussion at all (§17) and to the point about judging the company (§§18ff); the inconcinnity is M.'s doing, not Plutarch's.

If among either the Phaeacians or the Carthaginians someone had mixed *recherché* remarks about wisdom with the stories told at those banquets, would he not have both spoiled the pleasant atmosphere suited to those gatherings and caused himself to be frankly and justly mocked? Philosophy's first rule, then, is to take the measure of her fellow guests.

15. 'In the second place, when she's seen that she has an opening, philosophy will not speak about her profound mysteries over drinks and will initiate discussion, not of knotty and finicky questions, but of useful ones that are still not too taxing. 16. Those (for example) who count it a kind of exercise to dance in the middle of a banquet will banish from their cheerful company anyone who's fool enough to challenge his companions to a footrace or a boxing match just because he wants more exercise: just so, given the opportunity at table, one should philosophize in an appropriate way, so that the mixing bowl of the liquid made for happiness is tempered by the influence not just of the Nymphs⁸ but of the Muses.⁹ 17. For if—as must be acknowledged—in every gathering one must either speak or be silent, we should ask whether silence is appropriate to banquets, or conversation too, when it's timely. If—like the Areopagites of Athens, who rendered their judgment in silence—diners should properly maintain a constant silence, then there is no point in asking further whether one should engage in philosophical discussion at table. But if banquets will not be mute, why, when conversation is permitted, is honorable conversation forbidden, especially since words, no less than sweet wine, bring good cheer to a

SATURNALIA

larent verba convivium? 18. nam si Homeri latentem prudentiam scruteris altius, delenimentum illud quod Helena vino miscuit—

*νηπειθές τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον
ἀπάντων—*

non herba fuit, non ex India succus, sed narrandi opportunitas quae hospitem maeroris oblitum flexit ad gaudium. 19. Vlixis enim praeclara facinora filio praesente narrabat:

οἶον καὶ τόδ' ἔρεξε καὶ ἔτλη καρτερὸς ἀνήρ.

ergo paternam gloriam et singula eius facta fortia digerendo animum filii fecit alacriorem, et ita credita est contra maerorem vino remedium miscuisse.

20. 'Quid hoc, inquis, ad philosophiam? immo nihil tam cognatum sapientiae quam locis et temporibus aptare sermones, personarum quae aderunt aestimatione in medium vocata. 21. alios enim relata incitabunt exempla virtutum, alios beneficiorum, non nullos modestiae, ut et qui aliter agebant saepe auditis talibus ad emendationem venirent. 22. sic autem vitiis inretitos, si et hoc in conviviis exegerit loquendi ordo, feriet philosophia non sentientes, ut Liber pater thyrso ferit per obliquationem circumfusae hederæ latente mucrone, quia non ita profitebitur in convivio censorem ut palam vitia castiget. 23. ceterum his

¹⁰ A slip taken over from Plutarch: the speaker is Menelaos, not Helen.

¹¹ Cf. 1.19.2.

banquet? 18. For should you look more deeply into the wisdom that lurks in Homer, the beguiling element that Helen mixed with the wine (*Od.* 4.221)—

soothing sorrow and wrath, a means of forgetting all
woes—

was not an herb, nor juice from India, but a timely tale that made her guest forget his sorrow and turn joyful: 19. she told of Ulysses' glorious deeds in his son's presence (*Od.* 4.271),¹⁰

such things as the mighty man did and endured.

By giving an account, then, of his father's glory and specific heroic deeds she cheered his son and so was believed to have mixed a cure for grief in the wine.

20. 'What does this have to do with philosophy, you say? Why, nothing is as pertinent to philosophy as accommodating one's speech to one's circumstances by considering the character of those present. 21. Some will be stirred by exemplary tales of heroic deeds, others by tales of favors done, some by tales of self-restraint, so that even those whose past behavior was quite different often correct themselves from hearing such stories. 22. But those ensnared by vice, should the conversation in a banquet turn in that direction too, will be struck by philosophy's lash yet not feel it—as father Liber strikes with the thyrsus that has its sharp point hidden beneath a deceptive wreath of ivy¹¹—because in a banquet philosophy will not so claim the role of censor as to reprove vices openly. 23. But people under vices' sway will strike back, and guests will be

SATURNALIA

obnoxii repugnabunt et talis erit convivii tumultus ut sub huius modi invitati videantur edicto:

quod superest, laeti bene gestis corpora rebus
procurate, viri, et pugnam sperate parari,

aut ut Homerus brevius et expressius dixit,

νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δέλπνον, ἵνα ξυνάγωμεν ἄρηα.

24. ergo si opportunitas necessariae reprehensionis emer-
serit, sic a philosopho proficiscetur ut et tecta et efficax sit.
quid mirum si feriet sapiens, ut dixi, non sentientes, cum
interdum sic reprehendat ut reprehensus hilaretur, nec
tantum fabulis suis sed interrogationibus quoque vim phi-
losophiae nihil ineptum loquentis ostendet? 25. hanc ergo
nullus honestus actus locusve, coetus nullus excludat, quae
ita se aptat ut ubique sic appareat necessaria tamquam
abesse illam nefas fuerit.'

2 Et Avienus: 'novas mihi duas disciplinas videris indu-
cere, interrogandi vel etiam reprehendendi ut alacritas
utrimque his ad quos sermo est excitetur, cum dolor sem-
per reprehensionem vel iustam sequatur: unde haec quae
leviter attigisti fac quaeso enarrando planiora.'

2. 'Primum,' inquit Eustathius, 'hoc teneas volo, non
de ea me reprehensione dixisse quae speciem accusatio-
nis habet, sed quae vituperationis instar est. hoc Graeci
σκόμμα vocant, non minus quidem amarum quam accu-

¹² §§2-15 are based on Plut. *Mor.* 629E-631C.

thrown into such upheaval that they will seem to have been invited in these terms (A. 9.157-58),

As for the rest, take pleasure in what you've
accomplished, see to
your bodies' needs, and wait for battle to be readied,
or as Homer said more briefly and pointedly (*Il.* 2.381),
but now come to dine, so that we might join battle.

24. If, then, an opportunity for needed reproof should arise, a philosopher will issue it so that it will be both discreet and effective. Why should it seem strange that the vice-ridden, as I said, will not feel the wise man's lash, given that he sometimes leaves the person he criticizes actually feeling cheerful, and will show the power of philosophy, which says nothing off the mark, not just through the parables he tells but also by the questions he asks? 25. Let no honorable dealings or occasion, let no gathering exclude philosophy, which so fits herself to circumstances that her presence seems everywhere necessary, her absence a crime against the gods.'

Avienus said, 'You seem to present me with two new lessons, which have to do with asking questions or even offering criticisms so to leave the recipient feeling cheerful in either case, though anguish often attends criticism, at least when it's just. So please elaborate these points that you've only lightly touched upon.'¹² 2

2. 'To start with,' Eustathius said, 'please understand that I wasn't referring to the sort of criticism that has the appearance of an accusation but rather the sort that looks like censure. This sort, which the Greeks call *skômma*, is no less galling than an accusation, if it's made inappropri-

SATURNALIA

satio, si importune proferatur, sed a sapiente sic proferetur ut dulcedine quoque non careat.

3. 'Et ut prius tibi de interrogatione respondeam, qui vult amoenus esse consultor ea interrogat quae sunt interrogato facilia responsu, et quae scit illum sedula exercitatione didicisse. 4. gaudet enim quisquis provocatur ad doctrinam suam in medium proferendam, quia nemo vult latere quod didicit, maxime si scientia quam labore quaesivit cum paucis illi familiaris et plurimis sit incognita, ut de astronomia vel dialectica ceterisque similibus. tunc enim videntur consequi fructum laboris, cum adipiscuntur occasionem publicandi quae didicerant sine ostentationis nota, qua caret qui non ingerit sed invitatur ut proferat. 5. contra magnae amaritudinis est si coram multis aliquem interrogas quod non opima scientia quaesivit. cogitur enim aut negare se scire, quod extremum verecundiae damnum putant, aut respondere temere et fortuito se eventui veri falsive committere, unde saepe nascitur inscitiae proditio, et omne hoc infortunium pudoris sui imputat consulenti. 6. nec non et qui obierunt maria et terras gaudent cum de ignoto multis vel terrarum situ vel sinu maris interrogantur libenterque respondent et describunt modo verbis, modo radio loca, gloriosum putantes quae ipsi viderant aliorum oculis obicere. 7. quid duces vel milites? quam fortiter a se facta semper dicturiunt et tamen tacent arrogantiae metu? nonne hi si ut haec referant invi-

ately, but a wise man will make it in such a way that it even has a pleasant aspect.

3. 'Now, to answer you first on the subject of asking questions: the person who wants his inquiry to be pleasant will ask questions that are easy for his interlocutor to answer, on subjects he knows the latter has painstakingly studied and learned. 4. For everyone is glad to be called on to display his learning, because no one wants the fruit of his learning to stay hidden, especially if the knowledge he has laboriously sought is familiar to few and unfamiliar to most, as in the case of astrology, dialectic, and all other such fields. People seem to gain the reward for their labor when they get a chance to share what they've learned without the stigma of showing off, which is avoided when one doesn't thrust his learning forward but offers it up when asked. 5. By contrast, questioning someone before a large audience about a topic on which he has not earned a rich store of knowledge occasions deep bitterness: the person is forced either to say he doesn't know—which people count a blow to their self-respect—or to answer rashly and commit himself blindly to what might turn out to be true or false, which in turn often leads him to betray his ignorance—and he blames his questioner for all the shame that the mischance causes. 6. Similarly, those who have traveled over land and sea are glad to be asked about a topographical feature or gulf unknown to many, answering happily and describing these places now in words, now with a pointer, thinking it glorious to make others see what they have seen for themselves. 7. Why mention generals or soldiers? How eager are they always to tell of their brave exploits—and yet hang back for fear of being thought arrogant? If these men are invited to tell their tales, don't they

SATURNALIA

tentur, mercedem sibi laboris aestimant persolutam, remunerationem putantes inter volentes narrare quae fecerant? 8. adeo autem id genus narrationum habet quendam gloriae saporem ut si invidi vel aemuli forte praesentes sint, tales interrogationes obstrependo discutiant et alias inferendo fabulas prohibeant illa narrari quae solent narranti laudem creare. 9. pericula quoque praeterita vel aerumnas penitus absolutas qui evasit ut referat gratissime provocatur: nam qui adhuc in ipsis vel paululum detinetur, horret admonitionem et formidat relatum. ideo Euripides expressit:

ὥς⁵ ἤδύ τοι σωθέντα μεμνήσθαι πόνων.

adiecit enim *σωθέντα* ut ostenderet post finem malorum gratiam relationis incipere. et poeta vester adiciendo "olim" quid aliud nisi post emensa infortunia futuro tempore iuvare dicit memoriam sedati laboris:

forsan et haec olim meminisse iuvabit.

10. nec negaverim esse malorum genera quae non vult qui pertulit vel transacta meminisse, nec minus interrogatus offenditur quam cum in ipsis malis fuit, ut qui carnifices expertus est et tormenta membrorum, ut qui infaustas per-

⁵ ὥς (*Plut. Mor. 630E, om. β₂*) ἀλλ' *Stob. 2.39.57*

judge that they've been paid for their toil, reckoning it just compensation to tell a willing audience what they had accomplished? 8. Moreover, that sort of story-telling tastes so strongly of glory that if malicious people or rivals chance to be present, they raise a clamor against the questioning and disrupt it, and by introducing other stories block the telling of those tales that tend to bring credit upon the teller. 9. The person, too, who has emerged from past dangers or from periods of unhappiness that have finally been resolved is very glad to be asked to tell of them, while the person who is still in their grip, even to a slight degree, shrinks back from the thought and dreads telling of them. That is why Euripides said (fr. 133 *TGrF* 5,1:250),

how sweet, once safe, to think back on travail:

he added "once safe" to show that recounting woes begins to have some appeal after they've ended. What point did your poet, too, wish to make by adding "one day," if not to indicate that at some future time, after misfortune has been endured to the end, the memory of toil is pleasing, when it has subsided (*A.* 1.203):

perhaps these things too we will one day be glad to remember.

10. Nor would I deny that there are kinds of misfortune that the victim does not want to recall even when they are past and, if asked, is no less offended than he would have been when he in the midst of his woes, as in the case of one whom the torturer put on the rack, or who suffered sorrowful losses in the family or who once was marked for dis-

SATURNALIA

tulit orbitates vel cui nota quondam adfficta censoria est. cave interrogas, ne videaris obicere.

11. 'Illum saepe, si potes, ad narrandum provoca, qui recitando favorabiliter exceptus est, vel qui libere et feliciter legationem peregit, vel qui ab imperatore comiter affabiliterque susceptus est, vel si quis tota paene classe a piratis occupata seu ingenio seu viribus solus evasit, quia vix implet desiderium loquentis rerum talium vel longa narratio. 12. iuvat si quem dicere iusseris amici sui repentinam felicitatem, quam sponte non audebat vel dicere vel tacere, modo iactantiae modo malitiae metu. 13. qui venatibus gaudet interrogetur de silvae ambitu, de ambage lustrorum, de venationis eventu. religiosus si adest, da illi referendi copiam quibus observationibus meruerit auxilia deorum, quantus illi caerimoniarum fructus, quia et hoc genus religionis existimant, numinum beneficia non tacere, adde quia volunt et amicos se numinibus aestimari. 14. si vero et senex praesens est, habes occasionem qua plurimum illi contulisse videaris, si eum interrogas vel quae ad illum omnino non pertinent. est enim huic aetati loquacitas familiaris. 15. haec sciens Homerus quondam congeriem simul interrogationum Nestori fecit offerri:

¹³ When reviewing the citizen-lists under the Republic the censors could place a mark (*nota*) next to the names of those they found morally reprehensible (cf. 2.4.25). Inclusion of the custom in these words of advice is a striking anachronism (it is not in Plutarch): by the time M. was writing more than 450 years had passed since the last censor had been elected, and more than three centuries since an emperor (Domitian) had performed a censor's duties.

grace by the censor.¹³ Don't ask about such things, lest you seem to cast it in their teeth.

11. You should often call on the person who has given a well-received recitation to tell about it, if you can, or who has completed an embassy without a hitch and with a good outcome, or was given a warm and friendly reception by the emperor, or was the sole survivor, thanks to his cunning or strength, when nearly his whole fleet was seized by pirates, for even a long telling of such events scarcely satisfies the speaker's desire. 12. A person is also glad to be asked to tell of a friend's sudden stroke of good fortune, which on his own he'd hesitate either to mention or to pass over in silence, for fear of seeming boastful, on the one hand, or malicious, on the other. 13. A person who takes pleasure in hunting should be asked how he circled the forest, how he wandered through the animals' haunts, how he succeeded in the hunt. If a devotee of religion is present, give him the chance to tell of the observances that earned him the gods' aid and how he profited from the rituals he performed, because they think that publicizing the gods' benefits is itself a kind of religious observance—and of course they want to be thought to be friends of the gods, too. 14. But if an old man is also present, you have the opportunity of appearing to do him a very great service if you question him even on a subject with which he has no connection whatever, since that time of life is on intimate terms with garrulity. 15. Homer was aware of this when he had a heap of questions, so to speak, presented to Nestor all at once (*Od.* 3.247–49, 251):

SATURNALIA

ὦ Νέστορ Νηληϊάδη, σὺ δ' ἀληθὲς ἐνίσπες·
 πῶς ἔθαν' Ἀτρεΐδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων;⁶
 ποῦ Μενέλαος ἔην; . . .
 ἦ οὐκ Ἄργεος ἦεν Ἀχαιϊκοῦ . . . ;

tot loquendi semina interrogando congeffit ut prurimum senectutis expleret. 16. et Vergilianus Aeneas gratum se ad omnia praebens Euandro, varias illi narrandi occasiones ministrat. neque enim de una re aut altera requirit, sed

singula laetus

exquiritque auditque virum monumenta priorum,

et Euander consultationibus captus scitis quam multa nar-
 raverit.'

- 3 Haec dicentem favor omnium excepit. sed mox subiecit Avienus: 'vos omnes qui doctorum doctissimi adestis, oraverim ut hortatu vestro Eustathius quae de scommate paulo ante dixerit animetur aperire.' 2. omnibusque ad hoc provocantibus ille contexit: 'praeter κατηγορίαν, quae ψόγος est, et praeter διαβολήν, quae delatio est, sunt alia duo apud Graecos nomina, λοιδορία et σκῶμμα, quibus nec vocabula Latina reperio, nisi forte dicas loedoriam exprobrationem esse ac directam contumeliam, scommata enim paene dixerim morsum figuratum, quia saepe fraude vel urbanitate tegitur ut aliud sonet, aliud intellegas. 3. nec tamen semper ad amaritudinem pergit, sed non numquam his in quos iacitur et dulce est. quod genus maxime vel sa-

⁶ εὐρὺ κρείων Ἀγαμέμνων ed. Colon. 1521 ex Hom.: ΕΙΡΗΠΕC α

¹⁴ §§2-7 are based on Plut. *Mor.* 631C-D.

O Nestor, Nêleus' son, tell me the truth:
 how did wide-ruling Agamemnôn, Atreus' son, die?
 where was Menelaos? . . .
 Was it from Akhaian Argos . . . ?

With his questions he heaped up so many germs of conversation that he satisfied the old man's itch to talk. 16. Virgil's Aeneas, too, while doing everything he can to ingratiate himself with Evander, provides him with various opportunities for telling stories and doesn't just ask about one or two matters but (A. 8.311-12)

he gladly asks after the details,
 one by one, and hears about the memorials of men of
 former days;

and you know the length at which Evander spoke, charmed by these inquiries.'

This presentation was well received all around, before 3
 Avienus interposed, 'I ask all of you here—the most learned of the learned—to urge Eustathius to be willing to expand his earlier remarks on the *somma*.' 2. And as everyone called on him to do so, Eustathius extended what he had previously said with the following:¹⁴ 'Besides invective—Greek *psogos*—and calumny—*diabolê*—there are two Greek terms—*loidoria* and *skômma*—for which I find no Latin counterparts, unless perhaps you'd say that *loidoria* is a straightforwardly insulting reproach, whereas *skômma* I would almost say is an oblique kind of jibe, since it's often concealed by a deceptive or urbane veneer, so that it sounds like one thing though you hear it as another. 3. Yet it does not always end in bitterness but is sometimes even pleasing to its targets. It is the sort of thing that a wise

SATURNALIA

piens vel alias urbanus exercet praecipue inter mensas et pocula, ubi facilis est ad iracundiam provocatio. 4. nam sicut in praecipiti stantem vel levis tactus impellit, ita vino vel infusum vel aspersum parvus quoque dolor incitat in furorem. ergo cautius in convivio abstinendum scommate quod tectam intra se habet iniuriam. 5. tanto enim pressius haerent dicta talia quam directae loedoriae, ut hami angulosi quam directi mucrones tenacius infiguntur, maxime quia dicta huius modi risum praesentibus movent, quo velut adsensus genere confirmatur iniuria. 6. est autem loedoria huius modi: oblitusne es quia salsamenta vendebas? scommata autem, quod diximus saepe contumeliam esse celatam, tale est: meminimus quando bracchio te emungebas. nam cum res eadem utrobique dicta sit, illud tamen loedoria est, quod aperte obiectum exprobratumque est, hoc scommata, quod figurate. 7. Octavius, qui natu nobilis videbatur, Ciceroni recitanti ait: "non audio quae dicis." ille respondit: "certe solebas bene foratas habere aures." hoc eo dictum quia Octavius Libys oriundo dicebatur, quibus mos est aurem forare. 8. In eundem Ciceronem Laberius cum ab eo ad consessum non reciperetur, dicentem, "reciperem te nisi anguste sederemus," ait mimus ille mordaciter, "atqui solebas duabus sellis sedere," obiciens tanto viro lubricum fidei. sed et quod Cicero dixit, "nisi anguste sederemus," scommata fuit in C. Caesarem, qui in senatum

¹⁵ Cf. Anon. *Rhetoric for Herennius* 4.67, Suetonius *Life of Horace* I.

¹⁶ Cf. Plut. *Cic.* 26.4; Octavius here is the future Augustus, whose maternal great-grandfather was alleged by Mark Antony to have been African (Suet. *Aug.* 4.2).

man especially employs, or one who is in other respects sophisticated, chiefly at table and over drinks, when people are easily provoked to anger. 4. For just as even a slight touch sends someone standing on a cliff-edge headlong, so even a slight grievance stirs to a rage someone who has indulged in wine, whether a little or a lot. At a banquet, then, one must be particularly careful to avoid the carping that conveys a concealed insult. 5. Such things get all the more urgently under the skin than straightforward insults, just as angled hooks pierce and cling more tenaciously than straight blades, especially since witticisms of this sort make the bystanders laugh and add to the insult's force by their apparent agreement. 6. Now, it is a straightforward insult to say, for example, "Do you forget that you were once no better than a peddler of salt-cod?" while it is an oblique insult to say, "I remember when you used to wipe your nose on your sleeve":¹⁵ though the point is the same in both cases, the straightforward insult casts the point in the other's face as an open reproach, the jibe does so obliquely. 7. Octavius, who was taken to be of noble birth, said to Cicero, when he was reciting, "I don't hear what you're saying." Cicero replied, "Surely, you used to have nicely perforated ears" (*dicta* 14)—the point being that Octavius was rumored to have been born in Libya, where pierced ears are the custom.¹⁶ 8. When Laberius was looking for a seat in the theater and Cicero would not have him sit beside him, saying, "I'd make room if the seating weren't so tight," the noted writer of mimes offered the biting rejoinder, "But you used to make a habit of sitting in two seats," reproaching the great man for being more slippery than loyal. But Cicero's own remark, ". . . if the seating weren't so tight," was an oblique insult intended for Gaius Caesar,

SATURNALIA

passim tam multos admittebat ut eos quattuordecim gradus capere non possent. 9. tali ergo genere, quod fetum contumeliae est, abstinendum sapienti semper, ceteris in convivio est.

10. 'Sunt alia scommata minus aspera, quasi edentatae beluae morsus, ut Tullius in consulem qui uno tantum die consulatum peregit: "solent," inquit, "esse flamines diales, modo consules diales habemus." et in eundem: "vigilantissimus est consul noster, qui in consulatu suo somnum non vidit." eidemque exprobranti sibi quod ad eum consulem non venisset, "veniebam," inquit, "sed nox me comprehendit." 11. Haec et talia sunt quae plus urbanitatis, minus amaritudinis habent, ut sunt et illa de non nullis corporis vitiis, aut parum aut nihil gignentia doloris; ut si in calvitium cuiusquam dicas vel in nasi⁷ seu curvam erectionem seu Socraticam depressionem. haec enim quanto minoris infortunii sunt tanto levioris doloris. 12. contra oculorum orbitas non sine excitatione commotionis obicitur. quippe Antigonus rex Theocritum Chium, de quo iuraverat quod ei parsurus esset, occidit propter scomma ab eodem de se dictum. cum enim quasi puniendus ad Antigonom raperetur, solantibus eum amicis ac spem pollicentibus quod omni modo clementiam regis experturus esset, cum ad

⁷ nasi *Jan*: nasum ω

¹⁷ The jest is repeated from 2.3.10, where there is a similar confusion between the seats reserved for knights (Laberius) and those reserved for senators (Cicero): see the n. ad loc.

¹⁸ Cf. 2.2.13, where the witticism is attributed to a different man. ¹⁹ Repeated from 2.3.6. ²⁰ Repeated from 2.3.5, where the target is the consul Vatinius.

who admitted so many men indiscriminately to the senate that the first fourteen rows of the theater could not accommodate them all.¹⁷ 9. The wise man should always refrain from remarks of that sort, which are pregnant with insult, while everyone else should refrain from them in the banquet.

10. There are other jibes that are less harsh—the bites of a toothless beast—like Tully's remark about the consul who held his office for one day only, "Before this we've had 'daylight priests,' now we have daylight consuls,"¹⁸ and against the same target, "Our consul is the most vigilant of men: he caught not a wink of sleep in his consulship" (*dicta* 24);¹⁹ and when the same man reproached Cicero for not paying a courtesy call on him as consul, Cicero said, "I intended to come, but nightfall overtook me" (*dicta* 32).²⁰

11. These remarks and others like them, which are more urbane than bitter, and those that concern some bodily flaws, cause no pain, or very little:²¹ for example, if you pass a remark about someone's baldness, or a nose that's a hooked beak or a pug nose like Socrates'. The slight pain such things cause is in direct proportion to the lesser misfortune that they represent. 12. On the other hand, making fun of someone's loss of an eye is bound to stir some feeling. Indeed, though king Antigonus had sworn that he would spare Theocritus of Chios, he had him killed because of the jibe in which he indulged: for when he was being brought hurriedly to Antigonus for punishment, as it seemed, his friends were consoling him and promising him that he had every reason to expect to experience the king's

²¹ §§11-12 are based on Plut. *Mor.* 632B-C.

SATURNALIA

oculos eius venisset, respondit: "ergo impossibilem mihi dicitis spem salutis." erat autem Antigonus uno orbatus oculo, et importuna urbanitas male dicacem luce privavit.

13. 'Nec negaverim philosophos quoque incurrisse non numquam per indignationem hoc genus scommatis. nam cum regis libertus ad novas divitias nuper erectus philosophos ad convivium congregasset, et inridendo eorum minutulas quaestiones scire se velle dixisset cur et ex nigra et ex alba faba pulmentum unius coloris edatur,⁸ Aridices philosophus indigne ferens, "tu nobis," inquit, "absolve cur et de albis et de nigris loris similes maculae gignantur."

14. 'Sunt scommata quae in superficie habent speciem contumeliae sed interdum non tangunt audientes, cum eadem, si obnoxio dicantur, exagitant, ut contra sunt quae speciem laudis habent, et persona⁹ audientis efficit contumeliae plena. de priore genere prius dicam. 15. T. Quietus praetor de provincia nuper reverterat, observata—quod mireris Domitiani temporibus—praeturae maxima castitate. is cum aeger adsidenti amico diceret frigidus se habere manus, renidens ille ait, "atquin eas de provincia calidas paulo ante revocasti." risit Quietus¹⁰ delectatusque est; quippe alienissimus a suspicione furtorum. contra, si hoc diceretur male sibi conscio et sua furta recolenti, exacer-

⁸ edatur *ed. Colon. 1521*: edat ω

⁹ persona . . . plena *Jan*: personam . . . plenam ω

¹⁰ T. Quietus . . . Quietus *Wissowa (coll. Plut. Mor. 632A)*: L. Quintus . . . Quintus ω

²² §13 is based on *Plut. Mor. 634C*. Aridices was a pupil of Arcesilaus (*Athen. 420D*), head of the Academy from 262 BCE.

²³ §§14–16 are based on *Plut. Mor. 632A–B*.

mercy when he came before his eyes; to which he replied, "Then you're telling me I have no hope of salvation whatever"—because Antigonus had lost one eye. The ill-timed quip ended the life of the maladroit wit.

13. 'Nor would I deny that philosophers too have sometimes fallen to using this sort of jibe out of righteous indignation. When a king's freedman, recently elevated to a position of newfound wealth, had gathered philosophers for a banquet and—making fun of their pedantic inquiries—said he wanted to know why both black beans and white beans made a mash of the same color, the philosopher Aridices, waxing indignant, said, "No, *you* explain to us why white lashes and black produce welts that look alike."²²

14. "There are jibes that bear an apparent insult on their surface but sometimes leave their audience unscathed, whereas if the same jibe should be directed at a guilty person they aggravate him;²³ conversely, there are those that appear to offer praise, but the listener's character renders them highly insulting. I'll talk about the first sort first. 15. The praetor Titus Quietus had recently returned from his province, having behaved with the greatest honesty during his tenure—something to cause wonder in the reign of Domitian. When he was sick, he told a friend sitting at his bedside that his hands were cold, and the friend replied, with a grin, "But you brought them back good and warm from your province not long ago." Quietus laughed and was delighted, seeing that he was utterly removed from any suspicion of thievery. On the other hand, if this were said to someone with a bad conscience recalling his

SATURNALIA

basset auditum. 16. Critobulum famosae pulchritudinis adolescentem Socrates cum ad comparationem formae provocaret, iocabatur, non inridebat. certe si dicas consummatarum divitiarum viro, "tibi excito creditores tuos," aut si nimis casto, "gratae tibi sunt meretrices, quia continua eas largitate ditasti," uterque delectabuntur, scientes his dictis suam conscientiam non gravari. 17. sicut contra sunt quae sub specie laudis exagitant, sicut paulo ante divisi. nam si timidissimo dixerem, "Achilli vel Herculi comparandus es," aut famosae iniquitatis viro, "ego te Aristidi in aequitate praepono," sine dubio verba laudem sonantia ad notam vituperationis suae uterque tracturus est.

18. Eadem scommata eosdem modo iuvare, modo mordere possunt pro diversitate praesentium personarum. sunt enim quae si coram amicis obiciantur nobis, libenter audire possimus, uxore vero seu parentibus magistrisve praesentibus dici in nos aliquod scommata nolumus, nisi forte tale sit quod illorum censura libenter accipiat: 19. ut si quis adolescentem coram parentibus vel magistris inrideat quod insanire possit continuis vigiliis lectionibusque nocturnis, aut uxore praesente quod stulte faciat uxorium se praebendo nec ullam elegantiam eligendo formarum. haec enim et in quos dicuntur et praesentes hilaritate perfundunt. 20. commendat scommata et condicio di-

²⁴ Xen. *Symp.* 4.19.

²⁵ §17 is based on Plut. *Mor.* 632D.

²⁶ §§18-20 are based on Plut. *Mor.* 634A-C.

thefts, it would have annoyed him to hear it. 16. When Socrates challenged Critobulus, a young man famous for his good looks, to a beauty context, he was making a joke, not engaging in mockery.²⁴ And surely, were you to say to a man whose wealth lacked nothing, "I'm setting your creditors on you," or to an exceedingly chaste man, "You have the whores' gratitude for enriching them with your unflagging bounty," both would be pleased, knowing that these witticisms put no strain on their consciences. 17. Similarly, but conversely, there are those that cause annoyance though they appear to offer praise: this was the distinction I drew not long ago. For if I were to say to a very fearful person, "You should be compared with Achilles or Hercules," or to a man of notorious dishonesty, "I put you ahead of Aristides for fairness," both would doubtless take the words that sound like praise as intended to stigmatize them.²⁵

18. The same jibes can at different times please or sting the same people, if different witnesses are present.²⁶ For there are some remarks we're glad hear if they're made about us when friends are present, but when a wife or parents or teachers are present we don't want to be the object of a jibe, unless it's such that their own strict moral sense would be glad to hear: 19. for example, if someone were to make fun of a young man in his parents' or his teachers' presence for risking his mental health by continuously staying up late into the night to read, or if someone were to make fun of a man in his wife's presence for playing the fool by showing his devotion to his wife and never having a choice bit on the side. Both the targets of these remarks and those present to hear them find them quite amusing. 20. The speaker's social circumstances make a jibe accept-

centis, si in eadem causa sit: ut si alium de paupertate pauper irideat, si obscure natum natus obscure. nam Tarseus Amphias cum ex hortulano potens esset et in amicum quasi degenerem non nulla dixisset, mox subiecit: "sed et nos de isdem seminibus sumus," et omnes pariter laetos fecit. 21. illa vero scommata directa laetitia eum in quem dicuntur infundunt, si virum fortem vituperes quasi salutis suae prodigum et pro aliis mori volentem, aut si obieceris liberali quod res suas profundat minus sibi quam aliis consulendo. sic et Diogenes Antisthenen Cynicum, magistrum suum, solebat veluti vituperando laudare. "ipse me," aiebat, "mendicum fecit ex divite, et pro ampla domo in dolio fecit habitare." melius autem ista dicebat quam si diceret, "gratus illi sum quia ipse me philosophum et consummatae virtutis virum fecit."

22. Ergo cum unum nomen scommatis sit, diversi in eo continentur effectus. ideo apud Lacedaemonios inter cetera exactae vitae instituta hoc quoque exercitii genus a Lycurgo est institutum, ut adulescentes et scommata sine morsu dicere et ab aliis in se dicta perpeti discerent, ac si quis eorum in indignationem ob tale dictum prolapsus fuisset, ulterius ei in alterum dicere non licebat. 23. cum ergo videas, mi Aviene—instituenda est enim adulescentia tua, quae ita docilis est ut discenda praecipiat—cum videas, inquam, anceps esse omne scommatum genus, suadeo in conviviis, in quibus laetitiae insidiatur ira, ab huius modi dictis facessas et magis quaestiones convivales vel

²⁷ M. perhaps misunderstands Plutarch, who says that Amphias was thought to be the son of a gardener.

²⁸ §21 is based on Plut. *Mor.* 632E.

²⁹ §22 is based on (and departs slightly from) Plut. *Mor.* 631F.

able if they are the same as the target's, for example, if one poor man mocks another for his poverty, or one low-born man another: when Amphias of Tarsus, a former gardener,²⁷ became a great man and passed some comments about a friend's being "of poor stock," he quickly added, "But I too am born from the same seed," and caused equal pleasure on all sides. 21. But jibes that take the form of direct criticism can fill their target with pleasure, for example, if you should criticize a hero for being prodigal of his own well-being and willing to die for others, or a generous man for wasting his estate by being more concerned about others than about himself. That's how Diogenes used to praise his teacher, the Cynic Antisthenes, by appearing to criticize him: "He's the very man," he said, "who made me a beggar, who once was rich, and caused me to live in a clay jar instead of my spacious house." That was more effective than if he were to say, "I'm grateful to him for making me a philosopher and a man of perfect virtue."²⁸

22. So, then, though "jibe" is a single term, it comprises different effects. That's why among all the other habits of an austere life that Lycurgus established among the Spartans there was this exercise too: young men learned both to offer jibes that lacked a sting and to tolerate jibes directed at them by others, and if any of them became indignant because of such a jibe, he was thereafter forbidden to direct one at another.²⁹ 23. Since you see, then, my friend Avienus—and it is right that I shape your young mind, which is so readily taught that it anticipates the lessons it should learn—since you see, I say, that every sort of jibe is a two-edged sword, I suggest that in banquets, where anger sets traps for high spirited good humor, you avoid witticisms of this sort and instead propose questions suitable

proponas vel ipse dissolvas. 24. quod genus veteres ita ludicrum non putarunt ut et Aristoteles de ipsis aliqua conscripserit et Plutarchus et vester Apuleius, nec contemnendum sit quod tot philosophantium curam meruit.'

- 4 Et Praetextatus: 'hoc quaestionum genus cum et senilem deceat aetatem, cur soli iuveni suadetur? quin agite, omnes qui adestis, haec apta convivio fabulemur, nec de cibatu tantum, sed et si qua de natura corporum vel alia, praesente maxime Dysario nostro, cuius plurimum ad hoc genus quaestionum poterit ars et doctrina conferre, sortiamurque, si videtur, ut per ordinem unus quisque proponat quam solvendam aestimat quaestionem.' 2. hic adsensu omnes Praetextato anteloquium detulerunt, orantes ut cum ipse coepisset, ceteris ex filo consultationis eius interrogandi constitueretur exemplum. 3. tum ille, 'quaero,' inquit, 'utrum simplex an multiplex cibus digestu sit facilius, quia multos hunc, non nullos illum sectantes videmus. et est quidem superba et contumax et velut sui ostentatrix continentia, contra amoenam se et comem adpetentia vult videri. cum ergo una censoria sit, delicata altera, scire equidem velim quae servandae aptior sit sanitati. nec longe petendus adsertor est cum Dysarius adsit, qui quid conveniat corporibus humanis non minus callet quam ipsa natura, fabricae huius auctor et nutrix. dicas ergo velim quid de hoc quod quaeritur medicinae ratio persuadeat.'

³⁰ I.e., the *Problems* falsely attributed to Aristotle and Plutarch's *Questions at Table*, which was among M.'s sources. A similar work by Apuleius is otherwise known only from a reference to the *Questions at Table* of "the Platonist from Madaura" by Sidonius Apollinaris, who was born about the time M. was writing (*Epist.* 9.13, noted by Linke 1880, 56, who argued that Apuleius was among M.'s sources).

for a banquet, or answer them yourself. 24. The ancients were so far from thinking that activity frivolous that Aristotle wrote some works on the subject and Plutarch and your Apuleius:³⁰ we should not condemn what so many philosophers thought worthy of their attention.'

Praetextatus said, 'Why is this sort of question urged only on this young man, when it's becoming for the elderly as well? Come now, all of you who are here: let's talk about these topics that befit a banquet, and not just about food, but whatever touches on our physical nature—especially given that our friend Dysarius is here, whose learning and skill will be able to contribute a very great deal to questions of this sort. If it's agreeable, let's draw lots so that each one of us in order might put forward a question that he deems worth answering.' 2. With general agreement on this point they all gave over to Praetextatus the role of starting the discussion, so that once he had begun the rest would have an example to follow in putting their questions as the thread of the discussion unwound. 3. Then Praetextatus said, 'I want to know whether it is easier to digest food that is plain or varied, since I see that many opt for the latter, some for the former. There is in fact a kind of austerity that is proud and defiant, a form of showing off, while a fondness for eating wants to appear pleasant and gracious by contrast. Given, then, that the one is censorious, the other luxurious, I'd like to know which is better suited to maintaining one's health—and there's no need to seek out an authority with Dysarius here, since when it comes to what's right for the human body he's no less skilled than nature herself, the source and support of our physical being. Please tell me, then, what medical science urges on this question.'

SATURNALIA

4. 'Si me,' Dysarius inquit, 'aliquis ex plebe imperitorum de hac quaestione consulisset, quia plebeia ingenia magis exemplis quam ratione capiuntur, admonuisse illum contentus forem institutionis pecudum, quibus cum simplex et uniformis cibus sit, multo saniores sunt corporibus humanis, et inter ipsas illae morbis implicantur quibus, ut altiles fiant, offae compositae et quibusdam condimentis variae farciuntur. 5. nec dubitaret posthac cum advertisset animalibus simplici cibo utentibus familiarem sanitatem, aegrescere autem et inter illa quae saginam composita varietate patiuntur, quia constat id genus alimoniae non magis copia quam varietate crudescere. 6. fortasse illum attentiosem exemplo altero fecissem, ut consideraret nullum umquam fuisse medicorum circa curas aegrescentium tam audacis negligentiae ut febrienti varium et non simplicem cibum daret. adeo constat quam facilis digestu sit uniformis alimonia, ut ei, vel cum infirma est natura, sufficiat. 7. nec tertium defuisset exemplum, ita esse vitandam ciborum varietatem ut varia solent vina vitari. quis enim ambigat eum qui diverso vino utitur in repentinam ruere ebrietatem, necdum hoc potus copia postulante? 8. tecum autem, Vetti, cui soli perfectionem disciplinarum omnium contigit obtinere, non tam exemplis quam ratione tractandum est, quae et me tacente clam te esse non poterit.

9. 'Cruitates eveniunt aut qualitate suci in quem cibus vertitur, si non sit aptus umori qui corpus obtinuit, aut ip-

³¹ §§4-13 are based on Plut. *Mor.* 661A-662A.

4. 'If someone from the uninformed commons had asked me this question,' Dysarius said,³¹ 'I mean the sort of people whose wits are engaged more by examples than by rational analysis, I'd have been content to call to mind the way farm animals are raised: since their diet is plain and unvarying, their bodies are much healthier than ours, and those that are dogged by illness are the ones who are fattened by being stuffed with masses of food that combine different kinds and seasonings. 5. Such a person would not be in doubt thereafter when he noticed that animals fed simple food always enjoy good health, while sickness occurs among those who suffer a rich and varied diet, since it's well known that that sort of sustenance causes indigestion by its variety no less than by its abundance. 6. Perhaps, too, I would have used another example, the better to engage such a person's attention, by having him reflect on the fact that no physician has ever been so brazenly negligent in trying to cure his patients as to give someone with a fever not plain but varied food: it is so clearly established how readily digestible a simple diet is that it meets the patient's needs even if he has a frail constitution. 7. Nor would a third example have been lacking: a varied diet ought to be avoided just as we usually avoid mixing wines. Who doubts that a person who drinks different wines succumbs to a sudden drunkenness incommensurate with the amount of wine he's consumed? 8. But in dealing with you, Vettius, who alone have perfect command of all fields of learning, I should use not examples but rational analysis, which will not escape you even if I were silent.

9. 'Bouts of indigestion result either from the kind of juice into which food is converted, if it does not suit the

sius cibi multitudine, non sufficiente natura ad omnia quae congesta sunt concoquenda. ac primum de suci qualitate videamus.

10. 'Qui simplicem cibum sumit, facile quo suco corpus eius vel gravetur vel iuветur usu docente cognoscit. nec enim ambigit cuius cibi qualitate possessus sit, cum unum sumpserit; et ita fit ut noxa cuius causa deprehensa est, facile vitetur. 11. qui autem multiplici cibo alitur, diversas patitur qualitates ex diversitate sucorum, nec concordant umores ex materiae varietate nascentes nec efficiunt liquidum purumve sanguinem, in quem iecoris ministerio vertuntur, et in venas cum tumultu suo transeunt. hinc morborum scaturigo, qui ex repugnantium sibi umorum discordia nascuntur. 12. deinde quia non omnium quae esui sunt una natura est, non omnia simul coquuntur, sed alia celerius, tardius alia, et ita fit ut digestionum sequentium ordo turbetur. 13. neque enim cibi quem sumimus una digestio est sed, ut corpus nutriat, quattuor patitur digestiones, quarum unam omnes vel ipsi quoque hebetes sentiunt, alias occultior ratio deprehendit. quod ut omnibus liqueat, paulo altius mihi causa repetenda est.

14. 'Quattuor sunt in nobis virtutes quae administrandam alimoniam receperunt, quarum una dicitur καθελκτική, quae deorsum trahit cibaria confecta mandibulis.

³² According to the theory of humors, the dominant physiological model of antiquity, human beings have four constituent humors—black bile, blood, yellow bile, and phlegm—which by their varying combinations determine our temperaments and our health.

³³ With §§14–18 cf. [Alex. Aphrod.] *Prob.* 2.60. M. is here following standard doctrine in surveying the 4 "powers" (*dynameis*): cf., e.g., Galen 1:654, 7:63.

body's dominant humor,³² or from the amount of food itself, when the body's nature is unequal to the task of digesting all that's been heaped up. Let's first consider the kind of juice.

10. 'Someone who takes plain food easily recognizes from experience what juice helps his body or causes it distress, and he is in no doubt what kind of food holds sway over him, because he has eaten only one sort: harm is thus easily avoided, since its cause is known. 11. On the other hand, someone who has a varied diet experiences a variety of juices from the variety of foods; the humors that arise from this varied material are out of harmony, they produce blood (into which they are converted by the liver) that is not clear and pure, and they thus transmit their cacophony to the veins. As a result, diseases bubble up from the discord of conflicting humors. 12. Furthermore, because all the things that there are to eat are not of a single nature, they are digested, not all at the same time, but some more quickly, some more slowly, so that the orderly sequence of digestion is thrown into confusion. 13. For the food that we eat is not digested in a single process but undergoes four different processes to provide the body with nutrition: one of these processes everyone, even dullards, perceive, while a more esoteric analysis is required to detect the others. The reason for this is something I should go into a bit more deeply, so that it will be clear to everyone.

14. 'There are in us four special powers that have been given the task of administering our diet.³³ One of these powers is the *kathelktikê* [= peristalsis], which draws down the food after it has been broken down by the jaws: for

SATURNALIA

quid enim tam crassam materiam per faucium angusta fulciret nisi eam vis naturae occultior hauriret? 15. hausta vero ut non continuo lapsu per omne corpus, succedentibus sibi foraminibus pervium, ad imum usque descendant et talia qualia accepta sunt egerantur, sed salutare officium digestionis expectent, secundae haec cura virtutis est, quam Graeci, quia retentatrix est, vocant *καθεκτικήν*. 16. tertia quia cibum in aliud ex alio mutat, vocatur *ἀλλοιωτική*. huic obsequuntur omnes, quia ipsa digestionibus curat. 17. ventris enim duo sunt orificia, quorum superius erectum recipit devorata et in follem ventris recondit. hic est stomachus, qui paterfamilias dici meruit, quasi omne animal solus gubernans, nam si aegrescat, vita in ancipiti est, titubante alimoniae meatu, cui natura tamquam rationis capaci velle ac nolle contribuit. inferius vero demissum intestinis adiacentibus inseritur, et inde via est egerendis. 18. ergo in ventre fit prima digestio, virtute *ἀλλοιωτική* in sucum vertente quicquid acceptum est, cuius faex retrimenta sunt quae per intestina inferiore orificio tradente labuntur, et officio quartae virtutis, cui *ἀποκριτική* nomen est, procuratur egestio.

19. Ergo postquam in sucum cibus reformatur, hic iam

what could cram such gross matter through the throat's narrow passage were not a more hidden force of nature drawing it in? 15. But to prevent the food that's swallowed from gliding uninterrupted through the series of bodily openings that provide a passageway, to keep it from reaching bottom and being passed out in the same state in which it was taken in, and to allow it to receive the healthful ministry of digestion—all this is the concern of the second power, which the Greeks call the *kathetikê*, that is, the power of retention. 16. The third power is called the *aloiôtikê* ["transformative"], because it changes the food from one thing into another: all the other powers are subordinate to this one, which itself superintends the processes of digestion. 17. For the belly has two openings. The upper one, which is perpendicular to the belly, receives the food that's been swallowed and deposits it in the belly's sac: this is the stomach, which has deservedly come to be called the "head of the household," on the ground that it governs the whole creature all by itself—for if it falls ill, the creature's life is at risk, as the nutrients' path becomes insecure—and to it nature has assigned the power to signal "stop" or "go" as though it were capable of reason. The lower opening extends downward and into the neighboring intestines and provides the pathway for the matter that is to be expelled. 18. The first digestion, then, takes place in the belly, where the transformative power turns whatever has been ingested into juice: the dregs are the waste products that pass through the intestines by way of the belly's lower opening, and their expulsion is seen to by the good offices of the fourth power, called the *apokritikê* ["secretive"].

19. 'After the food has been reconfigured as juice, then,

SATURNALIA

iecoris cura succedit. est autem iecur concretus sanguis et ideo habet nativum calorem, quod confectum sucum vertit in sanguinem, et sicut cibum in sucum verti prima est, ita sucum transire in sanguinem secunda digestio est. 20. hunc calor iecoris administratum per venarum fistulas in sua quaeque membra dispergit, parte quae ex digestis frigidissima est in lienem refusa, qui ut iecur caloris ita ipse frigoris domicilium est. 21. nam ideo omnes dexteræ partes validiores sunt et debiliores sinistrae, quia has regit calor visceris sui, illae contagione frigoris sinistra obtinentis hebetantur. 22. in venis autem et arteriis, quae sunt receptacula sanguinis et spiritus, tertia fit digestio. nam acceptum sanguinem quodam modo defaecant, et quod in eo aquosum est venae in vesicam refundunt, liquidum vero purumque et altilem sanguinem singulis totius corporis membris ministrant et ita fit ut cum cibum solus venter accipiat, alimonia eius dispersa per universos membrorum meatus ossa quoque et medullas et ungues nutriat et capillos. 23. et haec est quarta digestio, quae in singulis membris fit dum quod uni cuique membro datum est ipsi membro fit nutrimentum. nec tamen huic totiens defaecato retrimenta sua desunt; quae cum membra omnia in sua sunt sanitate, per occultos evanescent meatus: 24. si qua vero pars corporis aegrescat, in ipsam quasi infirmioremem ultima illa quae diximus retrimenta labuntur, et hinc nascuntur morborum causae quae *ῥεύματα* medicis vocare mos est. 25. si enim fuerit ultimi suci iusto uberior multitu-

³⁴ Cf. Apul. *Apol.* 51 (citing Aristotle's *Problems* = fr. 240 Rose).

it becomes the liver's concern. Now, the liver is congealed blood and for that reason is innately hot: it turns the processed juice into blood, and just as the conversion of food to juice was the first digestion, so the passage of juice into blood is the second. 20. When this process is complete, the liver's heat disperses the blood to each of the limbs through the veins' channels, with the coolest among the digested elements spilling into the spleen, which is the body's cooling center, as the liver is the center of warmth. 21. That's why the whole right side of the body is sturdier, the left weaker: the former is guided by the warmth of the innards on that side, the latter is enfeebled by contact with the cold that grips the left.³⁴ 22. Now, the third digestion occurs in the veins and arteries, which are the receptacles of blood and breath. For when they've received the blood they filter out the wastes, as it were: the veins deposit in the bladder the part that's watery and serve up to the body's several limbs blood that's clear and pure and rich in nutrients: so it happens that though only the belly takes in food, the food's nutrients are dispersed through all of the limbs' passages and also feed the bones and marrow and nails and hair. 23. This is the fourth digestion: it occurs in the several limbs, as the nutrients given to each become the sustenance for that specific limb. And yet though the material has been filtered so many times, it is not free of waste products, which—when all the limbs are fit and healthy—disappear through invisible passageways. 24. But if some part of the body is ailing, the final waste products I mentioned subside into that very part, as if seeking out the weaker, and this is origin of the diseases that physicians customarily call *rheumata* ["fluxes"]. 25. For if the amount of this final juice is greater than it ought to be, the healthier part

do, hanc a se repellit pars corporis illa quae sanior est, et sine dubio labitur in infirmam quae vires non habet repellendi, unde alieni receptio distendit locum in quem ceciderit, et hinc creantur dolores. haec est ergo triplex causa vel podagrae vel cuiuslibet ex confluentia morbi, id est multitudo umoris, fortitudo membri a se repellentis et recipientis infirmitas.

26. 'Cum igitur adseruerimus quattuor in corpore fieri digestiones, quarum altera pendet ex altera, et si praecedens fuerit impedita, nullus fit sequentis effectus, recurramus animo ad illam primam digestionem quae in ventre conficitur, et inuenietur quid impedimenti ex multiformi nascatur alimonia. 27. diversorum enim ciborum diversa natura est, et sunt qui celerius, sunt qui tardius digeruntur. cum ergo prima digestio vertit in sucum, quia non simul omnia accepta vertuntur, quod prius versum est, dum alia tardius vertuntur, acescit; et hoc saepe etiam eructando sentimus. 28. alia quoque, quibus tarda digestio est, velut ligna umida quae urgente igne fumum de se creant, sic et illa imminente igne naturae fumant, dum tardius concoquantur—si quidem nec hoc sensum eructantis evadit.¹¹ 29. cibus autem simplex non habet controversam moram dum simul in simplicem sucum vertitur, nec digestio ulla turbatur dum omnes sibi stata momentorum dimensione succedunt. 30. si quis autem—quia nihil impatientius imperitia—rationes has dedignetur audire, aestimans non impediri digestionem nisi sola ciborum multitudine, nec velit de qualitate tractare, hic quoque multiformis alimo-

¹¹ evadit PA²: -dat ω

of the body expels it, and it naturally subsides into the weak part that doesn't have the strength to repel it: this foreign matter, when it's been received, causes the place into which it has fallen to swell, and the swelling in turn produces pain. This, then, is the threefold cause of gout or of any disease that collected fluids produce: the excess humor, the strength of the limb that rejects it, and the weakness of the limb that receives it.

26. 'So I've shown that four different processes of digestion occur in the body, such that each depends on another, and if an earlier process is blocked, then the one that follows cannot be completed. Let's now think back to the first process that was completed in the belly, and we'll find out what blockage can arise from a varied diet. 27. Different foods have different natures, some being digested more quickly, others more slowly. When the first process is turning food into juice, then, and all that's been ingested is not converted at the same time, the food that's first converted turns acidic while the rest is converted more slowly: we often even perceive this directly when we belch. 28. The foods, too, that are digested slowly, like damp logs that smoke at a fire's urging, produce fumes at the prompting of the body's natural heat while they are being processed more slowly—this too doesn't escape the notice of someone who belches. 29. But plain food, while it is all turned at once into plain juice, entails no delay in conversion, nor is any part of the process disturbed, as one part follows another according to a stable schedule. 30. If anyone, however, should refuse to heed this account (for there's nothing less patient than ignorance) and suppose that only the quantity of food impedes digestion, refusing to consider the kind also, here too a varied diet is caught

nia deprehenditur causa morborum. 31. nam pulmentorum varietas recipit varia condimenta, quibus gula ultra quam naturae necesse est lacessitur, et fit inde congeries, dum pruritu desiderii amplius vel certe de singulis parva libantur. 32. hinc Socrates suadere solitus erat illos cibos potusve vitandos, qui ultra sitim famemve sedandam producant adpetentiam. denique vel propter hoc edendi varietas repudietur, quia plena est voluptatis, a qua seriis et studiosis cavendum est. quid enim tam contrarium quam virtus et voluptas? 33. sed modum disputationi facio, ne videar hoc ipsum in quo sumus, licet sobrium sit, tamen quia varium est accusare convivium.'

5 Haec cum Praetextato et ceteris prona adsensione placuissent, Evangelus exclamavit: 'nihil tam indignum toleratu quam quod aures nostras Graia¹² lingua captivas tenet et verborum rotunditati adsentiri cogimur circumventi volubilitate sermonis, qui ad extorquendam fidem agit in audientes tyrannum. 2. et quia his loquendi labyrinthis impares nos fatemur, age, Vetti, hortemur Eustathium ut recepta contraria disputatione quicquid pro vario cibo dici potest velit communicare nobiscum, ut suis telis lingua violenta succumbat, et Graecus Graeco eripiat hunc plausum, tamquam cornix cornici oculos effodiat.'

3. Et Symmachus: 'rem iucundam, Evangele, amarius postulasti. vadere¹³ enim contra tam copiose et eleganter inventa res est¹⁴ quae habeat utilem voluptatem, sed non tamquam ingeniis insidiantes et gloriosis tractatibus invi-

¹² Graia *Timpanaro*: gratia *a*, grata R²FC²Q, Graeca δ

¹³ vadere *scripsi*: audire ω , audere C²

¹⁴ est J², *om.* ω

³⁵ Consistent with the Socratic apothegm quoted at 2.8.16.

out as a cause of disease. 31. For a variety of savory dishes requires a variety of seasoning, which stimulate the appetite beyond the demands of nature, and that results in a large accumulation of food: because the appetite is stimulated, too much is consumed, even when small amounts of individual dishes are consumed. 32. That is why Socrates used to advise avoiding food and drink that caused the appetite to persist after hunger and thirst had been satisfied.³⁵ Finally, a varied diet should be rejected for this reason too: it is laden with pleasure, from which serious and studious people ought to stand aloof. Are any things as opposed as virtue and pleasure? 33. But I'll end the discussion here, lest I appear to indict the present banquet for offering—despite its sobriety—a varied menu.'

When Praetextatus and the rest had, with ready agreement, expressed their satisfaction, Evangelus exclaimed, 5
 'This really is beyond bearing—to have our ears held captive by this Greek and be forced to agree with his orotund pronouncements, fooled by a rapid flow of speech that tyrannizes its listeners to extort their belief. 2. Since we confess that we can't keep up with this labyrinthine discourse, come Vettius, let's urge Eustathius to take up the other side and share with us what can be said on behalf of a varied diet, so that Dysarius, with his linguistic torrent, might be hoist with his own petard—one Greek snatching the applause away from another, like one crow poking out another's eyes.'

3. Symmachus said, 'You've made a pleasant proposal, Evangelus, in quite an unpleasant way: an attack on so substantial and shapely a theory is a thing that could be both useful and enjoyable, but we ought not make the attempt as though we were preparing ambushes in a contest of

dentis hoc debemus expetere. 4. nec abnego potuisse me quoque tamquam palinodiam canere. est enim rhetorica praelusio communes locos in utramvis partem inventorum alternatione tractare. sed quia facilius Graecorum inventionibus a Graecis forte aliis relata respondent, te, Eustathi, oramus omnes ut sensa et inventa Dysarii contrariis repellendo, in integrum restituas exauctoratum conviviorum leporem.'

5. Ille diu hoc a se officium deprecatus ubi tot impellentium procerum, quibus obviandum non erat, hortatui succubuit, 'bellum,' inquit, 'duobus mihi amicissimis cogor indicere, Dysario et continentiae, sed ab auctoritate vestra tamquam ab edicto praetoris impetrata venia gulae patronum, quia necesse est, profitebor.

6. 'In primo speciosis magis quam veris, ut docebitur, exemplis paene nos Dysarii nostri cepit ingenium. ait enim pecudes simplici uti cibo et ideo expugnari difficilius earum quam hominum sanitatem. sed utrumque falsum probabo. 7. nam neque simplex est animalibus mutis alimonia nec ab illis quam a nobis morbi remotiores. testatur unum varietas pratorum quae depascuntur, quibus herbae sunt amarae pariter et dulces, aliae sucum calidum, aliae frigidum nutrientes, ut nulla culina possit tam diversa condire quam in herbis natura variavit. 8. notus est omnibus Eupo-

³⁶ Cf. the behavior of the "malicious" described at 7.2.8.

³⁷ Strictly, a "palinode" = a "recantation," though Praetextatus' next remark shows that he means "refutation."

³⁸ At the start of his year in office the urban praetor, who oversaw the city's legal system, issued a statement of the principles that would guide his administration during his term (*edictum perpetuum*). The edict gave the praetor the opportunity both to

wits, out of mere envy for star turns.³⁶ 4. Nor do I deny that I too could, as it were, have sung a palinode:³⁷ it's one of the preliminary exercises in the schools of rhetoric to treat general topics by arguing both sides in alternation. But since an account by other Greeks will perhaps more readily respond to the discoveries of Greeks, we all ask you, Eustathius, to refute Dysarius' positions with contrary arguments and thereby reinstate the gaiety of our banquet that was dishonorably dismissed.'

5. Eustathius tried for quite some time to beg off but then gave in to the urging of so many distinguished men, whose insistence was irresistible. 'I am forced to declare war,' he said, 'on two things very dear to me, Dysarius and austerity, but relying on your authority, as though given a waiver by the praetor's edict,³⁸ I shall present myself as appetite's advocate, since I have no choice.'

6. 'First of all, the cleverness of our friend Dysarius took us in with examples—as I shall show—more superficially attractive than valid: for he said that farm animals enjoy a plain diet, and that their health is therefore more resistant to attack than ours. I shall prove that both these propositions are false. 7. For neither is the diet of mute animals plain nor are diseases more foreign to them than to us.³⁹ As evidence of the first point, consider the variety of the meadows on which they graze: they have sweet and bitter grass alike, some provide warm juice in the forage, some cool—no kitchen could be as varied in its seasonings as nature is in its grasses. 8. Everyone knows of Eupolis,

acknowledge the continued application of old rules and principles and to assert new ones; Eustathius alludes to that authority here.

³⁹ §§7-32 are based on Plut. *Mor.* 662D-663F.

SATURNALIA

lis, inter elegantes habendus veteris comoediae poetas. is in fabula quae inscribitur *Aeges* inducit capras de cibi sui copia in haec se verba iactantes:

9. βοσκόμεθ' ὕλης ἀπὸ παντοδαπῆς, ἐλάτης,
 πρίνου κομάρου τε
 πτόρθους ἀπαλοὺς ἀποτρόγουσαι, καὶ πρὸς
 τούτοισί γε θαλλόν,¹⁵
 κύτισόν τ' ἠδὲ σφάκον εὐώδη, καὶ σμίλακα τὴν
 πολύφυλλον,
 κότινον, σχῖνον, μελίαν, λεύκη, ἀλίαν¹⁶ δρῦν,
 κιττόν, ἐρείκην,
 πρόμαλον, ῥάμνον, φλόμον, ἀνθέρικον, κισθόν,
 φηγόν, θύμα, θύμβραν.

videturne vobis ciborum ista simplicitas, ubi tot enumerantur vel arbusta vel frutices non minus suco diversa quam nomine? 10. quod autem non facilius morbis homines quam pecudes occupentur, Homero teste contentus sum qui pestilentiam refert a pecudibus inchoatam, quando morbus, antequam in homines posset inrepere, facilius captis pecoribus incubuit. 11. sed et quanta sit mutis¹⁷ animalibus infirmitas vitae brevitatis indicio est. quod enim eorum quibus notitia nobis in usu est potest annos hominis aequare nisi recurras forte ad ea, quae de corvis atque cornicibus fabulosa dicuntur? quos tamen videmus omnibus inhiare cadaveribus universisque seminibus insidiari, fruc-

¹⁵ τούτοισί γε θαλλόν *Meineke* (ΤΟΥΤΟΙCΙΝΕΤΑΛΛΟΗΝ PF, ΤΟΥΤΟΙC- Q), *τουτοισιω* ἔτ' ἄλλα *Xylander*; *alti alia*

¹⁶ ἀλίαν] ἀρίαν *Lobeck*

¹⁷ mutis C²J²: multis ω

who must be counted among the refined authors of Old Comedy: in his play titled *Goats*, he introduces she-goats who boast of the abundance of their provender in these terms (fr. 14 *PCG* 5:308):

9. We graze on every sort of growth, silver fir, holm oak, and arbutus,
 nibbling away at tender shoots, and a green bough to boot,
 tree-medick and fragrant sage-apple, leafy yew too,
 wild olive, mastich, manna ash, white poplar, barren oak, ivy, heath,
 willow, box-thorn, mullein, asphodel, rock-rose,
 Valonia oak, thyme, savory.

Does that look like a plain diet to you, when so many trees and shrubs are listed, as different in their juices as in their names? 10. As for the fact that humans are no more readily attacked by diseases than animals, I'm content to have Homer as my witness, who tells of a plague that began with cattle (*Il.* 1.50), since the illness found the captive cattle readier targets, before it could spread to humans. 11. Furthermore, their brief life-span shows how infirm mute animals are: which of those with which we are familiar can equal a human span—unless perchance you have recourse to the legends that are told about ravens and crows?⁴⁰ Yet we see them eager for dead bodies of all sorts and on the

⁴⁰ On their proverbial longevity cf. Otto 93.

tus arborum persequi. nam non minus edacitatis habent quam de longaeuitate eorum opinio fabulatur.

12. 'Secundum si bene recordor exemplum est solere medicos aegris simplicem cibum offerre, non varium; cum hunc offeratis, ut opinor, non quasi digestu faciliorem, sed quasi minus adpetendum, ut horrore uniformis alimoniae edendi desiderium languesceret, quasi multis concoquendis per infirmitatem non sufficiente natura. ideo si quis aegrescentium vel de ipso simplici amplius adpetat, subducitis adhuc desideranti. ideo vobis commento tali non qualitas sed modus quaeritur. 13. quod autem in edendo sicut in potando suades varia vitari, habet latentis captio- nis insidias, quia nomine similitudinis coloratur. ceterum longe alia potus, alia ciborum ratio est. quis enim umquam edendo plurimum mente sauciatus est, quod in bibendo contingit? 14. fartus cibo stomachum vel ventrem gravatur, infusus vino fit similis insano, opinor quia crassitudo cibi uno in loco permanens expectat administrationem digestionis, et tunc demum membris sensim confectus illabitur; potus ut natura levior mox altum petit et cerebrum, quod in vertice locatum est, ferit fumi calentis aspergine. 15. et ideo varia vina vitantur ne res, quae ad possidendum caput repentina est, calore tam diverso quam subito consilii sedem sauciet. quod aequae in cibi varietate metuendum nulla similitudo, ratio nulla persuadet.

⁴¹ M. has, somewhat confusingly, reverted from the topic of longevity to the original point about animals' varied diets.

⁴² Cf. 7.4.6.

lookout for every kind of seed and eagerly going after fruit on trees: their appetites match the longevity that fable attributes to them.⁴¹

12. 'Dysarius' second example, if I recall correctly,⁴² was that physicians usually give sick people a plain diet, not a varied one: though you people do this, I think, not because it's easier to digest but to restrain appetite, so that the repugnance of the monotonous diet might depress the desire to eat, the thought being that the person's nature is not up to digesting a lot of food because it's enfeebled. That's why when a sick person tries to get more even of the simple food, you take it away while he still wants it: thus it is not the kind but the limited amount that motivates the practice. 13. As for the point you press, to the effect that mixing is avoided in eating as it is in drinking, it involves a trap set by a lurking verbal quibble, since it's made colorable by the use of the same word—"mixing"—in different senses. But the way drink works is very different from the way food works: who ever experienced from overeating the severe impairment of mental capacity that befalls us from drinking? 14. Someone who's stuffed with food feels a burden on his stomach or belly, while someone soaked in wine is like a madman. I think this is because food's density causes it to stay in one place and await the ministrations of digestion, so that only after it's been processed does it seep insensibly into the limbs. Drink, being naturally lighter, soon rises high in the body and strikes the brain, which is located at the highest point, with a scattering of hot fumes. 15. That is why we avoid mixing wines: otherwise something capable of suddenly seizing the brain strikes the seat of reason with a heat that's as varied as it is sudden. No comparison, no explanation makes it plausible that the same danger should be feared from a varied diet.

16. 'In illa vero disputatione, qua digestionum ordinem sermone luculento et vario digessisti, illa omnia quae de natura humani corporis dicta sunt et nil nocent propositae quaestioni, et eloquenter dicta non abnego. illi soli non ad-sentior quod sucos varios de ciborum varietate confectos dicis contrarios esse corporibus, cum corpora ipsa de contrariis qualitatibus fabricata sint. 17. ex calido enim et frigido, de sicco et umido constamus. cibus vero simplex sucum de se unius qualitatis emittit. scimus autem similibus similia nutriri. dic quaeso unde tres aliae qualitates corporis nutriantur. 18. singula autem ad se similitudinem sui rapere testis Empedocles, qui ait,

ὡς γλυκὸν μὲν γλυκὸν μάρπτει, πικρὸν δ' ἐπὶ
πικρὸν ὄρουσεν,
ὄξυ δ' ἐπ' ὄξυ ἔβη, θερμὸν δ' ἐποχεύετο θερμῷ.¹⁸

19. te autem saepe audio Hippocratis tui verba cum admiratione referentem: εἰ ἐν ἧν ὁ ἄνθρωπος, οὐδέποτε' ἀν ἤλγειν.¹⁹ ἀλγεί δέ, οὐκ ἄρα ἐν ἐστί.²⁰ ergo si homo non unum, nutriendus est non ex uno. 20. nam et deus omnium fabricator aërem quo circumfundimur et cuius spiramus haustu non simplicem habere voluit qualitatem, ut aut fri-

¹⁸ θερμὸν δ' ἐποχεύετο θερμῷ] δαερὸν δ' ἐποχεῖτο δαηρῷ
Diels, δαερὸν δαεροῦ λαβετως *Plut.*

¹⁹ ἤλγειν] ἤλγει *codd. Hippocr.*

²⁰ ἀλγεί . . . ἐστί in *codd. Hippocr. desunt*

⁴³ The doctrine that everything in the sensible world is a blend of four elemental qualities (hot, cold, dry, wet) characterizing four "roots" or "elements" (earth, air, fire, water) goes back to

16. 'Now, in the brilliant and wide-ranging discussion in which you set out the sequence of digestion's processes, all that you said about the nature of the human body does nothing to detract from the position I intend to argue, and that it was all said eloquently I do not deny. I withhold assent only from the statement that the varied juices produced when different sorts of food are processed are inimical to our bodies, and I do so because our bodies themselves are constructed of different sorts of properties. 17. We are a compound of hot and cold, dry and moist,⁴³ while a plain diet produces from itself juice with one property only. Yet we know that like is nourished by like: please explain, then, where the body's other three properties derive their nourishment. 18. As for the principle that individual elements attract their like, Empedocles is a witness, when he says (fr. 90 D.-K.),

Thus sweet fastened on sweet, bitter sought after
bitter,
tart lighted upon tart, warm coupled with warm.

19. Moreover, I often hear you repeating the words of your Hippocrates with warm approval (*On Human Nature* 2), "If the human being were a single thing, he would never feel pain; but he does feel pain and therefore is not a single thing." It follows that if the human being is not a single thing, his nourishment should not be a single thing. 20. God, too, the creator of all things, did not want the air that surrounds us and that we draw in with our breathing to have a single property—always cold or always hot—nor

Empedocles of Acragas (b. ca. 492; cf. §18); accepted by Aristotle, it became the dominant view in antiquity.

SATURNALIA

gidus sit semper aut caleat, sed nec continuae siccitati nec perpetuo eum addixit umori, quia una nos non poterat qualitate nutrire de permixtis quattuor fabricatos. ver ergo calidum fecit et umectum, sicca est aestas et calida, autumnus siccus et frigidus, hiems umida pariter et frigida est. 21. sic et elementa, quae sunt nostra principia, ex diversitatibus et ipsa constant et nos nutriunt. est enim ignis calidus et siccus, aër umectus et calidus, aqua similiter umecta sed frigida, terra frigida pariter et sicca. cur ergo nos ad uniformem cibum redigis cum nihil nec in nobis nec circa nos nec in his de quibus sumus uniforme sit? 22. quod autem acescere vel non numquam fumare in stomacho cibum vis adsignare varietati, ut credamus, pronunties oportet aut semper eum qui vario cibo utitur haec pati aut numquam illum pati qui simplicem sumit. si vero et qui mensa fruitur copiosa hoc vitium saepe non sentit, et qui se uno cibo adficit saepe sustinet quod accusas, cur hoc varietati et non modo edacitatis²¹ adsignas? nam et de simplici avidus noxam patitur cruditatis, et in vario moderatus digestionis commodo fruitur.

23. "At," inquires, "ipsa immoderatio ex ciborum varietate nascitur titillante gula et adsumenda plura quam necesse est provocante." 24. rursus ad ea quae iam dixi revolvor, cruditates de modo, non de qualitate provenire. modum vero servat qui sui potens est et in mensa Sicula vel

²¹ edacitatis *scripsi*: -ti ω

⁴⁴ Cf. *Comm.* 1.6.60.

⁴⁵ Cf. *Comm.* 1.6.27.

⁴⁶ "Asia" [= Asia minor] was proverbially a place of luxury, and "the varied delicacies of Sicily" were a byword already for Plato (*Rep.* 404D, cf. *Hor. Odes* 3.1.17-19, Otto 321).

did he determine that it would be continually dry or always damp, since a single property could not support us, who are compounded of four mingled properties. So he made the spring warm and damp, while the summer dry and hot, the autumn dry and cold, the winter both damp and cold.⁴⁴ 21. So too the elements that are our basic constituents themselves consist of different qualities and sustain us thereby: fire is hot and dry, air is hot and damp, water is likewise damp but cold, earth is both cold and dry.⁴⁵ Why, then, do you restrict us to a simple diet when nothing around us or in us or in the things of which we're composed is simple? 22. As for your attempt to attribute to a varied diet the fact that food in the stomach turns acidic or sometimes gives off fumes, you have to claim either that a person who enjoys a varied diet always suffers these symptoms or that a person who has a plain diet never suffers them. But if someone who enjoys an abundant meal often escapes this problem and someone who treats himself with a plain diet often does suffer the condition you censure, why do you attribute this to the variety of food and not the proper limit placed on consumption? For a greedy consumer of plain food suffers the ill of indigestion, and a moderate partaker of varied food enjoys the benefit of good digestion.

23. "But," you'll say, "loss of self-control itself arises from taking a range of different foods, as the appetite is stimulated and urges consumption of more than is necessary." 24. I return again to my earlier statement: indigestion results from the amount, not the character, of the food. Someone with self-control observes a proper limit even at a meal of Sicilian or Asian proportions,⁴⁶ while a

SATURNALIA

Asiana, excedit impotens²² et si solis olivis aut olere vesca-
tur. et tam ille copiosus si moderationem tenuit sanitatis
compos est, quam insanus fit ille cui merus sal cibus est, si
hoc ipsum voraciter invaserit. 25. postremo si in his quae
sumimus varietatem noxiam putas, cur potionum remedia
quae per os humanis visceribus infunditis ex tam contrariis
ac sibi repugnantibus mixta componitis? 26. suco papave-
ris admiscetis euphorbium, mandragoram aliasque herbas
conclamati frigoris pipere temperatis, sed nec monstrosis
carnibus abstineteis, inserentes poculis testiculos castorum
et venenata corpora viperarum, quibus admiscetis quic-
quid nutrit India, quicquid devehitur herbarum quibus
Creta generosa est. 27. cum ergo ad custodiam vitae hoc
faciant remedia quod cibus, si quidem illa eam revocent,
iste contineat, cur illis providere varietatem laboras, istum
squalori uniformitatis addicis?

28. 'Post omnia in voluptatem censura cothurnati ser-
monis invectus es, tamquam voluptas virtuti semper ini-
mica sit et non cum in luxum spreta mediocritate prolapsa
est. quid enim agit ipse serius non edendo nisi cogente
fame nec potando praeter sitim nisi ut de utroque ca-
piat voluptatem? ergo voluptas non mox nomine ipso in-
famis est, sed fit modo utendi vel honesta vel arguenda.

²² impotens *Willis*: impatiens *ω*

⁴⁷ Beavers were thought to castrate themselves to escape cap-
ture, aware how eagerly their inguinal glands (*castorea*) were
sought for medicinal purposes (Phaedr. *Fables* 30.1-9, Pliny *Nat-
ural History* 32.26, Juvenal 12.36-38, Serv. on *G.* 1.58); for a pre-
scription of wide-ranging efficacy combining *castoreum*, poppy,
and mandrake see Cels. *On Medicine* 5.25.3.

person without self-control exceeds that limit even if he's dining on olives or greens. And just as the one who enjoys an abundantly varied meal holds onto his good health if he has observed a proper limit, so a man who eats mere salt become unhealthy, should he fall upon it greedily.

25. Finally, if you think variety in the things we consume is harmful, why do you compound from such contrary and conflicting ingredients the potable medicines that you administer by mouth, for people to dose their innards?

26. You mix euphorbium with poppy juice and balance mandrake and other herbs of a disastrously cold nature with pepper, and you even use horrendous kinds of animal tissue, putting beavers' testicles⁴⁷ and poisonous snake's flesh in your potions and mingling with them all the produce of India, all the imported herbs in which Crete is so fertile. 27. Since when it comes to life's safe-keeping, then, medicine does in restoring it what food does in maintaining it, why do you take the trouble to make sure that medicines are complex while you condemn food to a dismal uniformity?

28. 'To top it all off, you launched an attack on pleasure in a censorious aria, as though pleasure is always virtue's enemy and not just when it rejects moderation and lapses into luxury. For that matter, what does your Mr. Sobersides do, in not eating beyond the demands of hunger and in drinking only when thirsty, but take pleasure from both? Pleasure, then, is not instantly disreputable just because of its very name, it becomes something to respect or condemn according to the limit placed on its enjoyment.

SATURNALIA

29. parum est si excusata sit et non etiam laudetur voluptas. nam cibus qui cum voluptate sumitur, desiderio tractus in ventrem reconditur patula expectatione rapientem: et dum animose fruitur, mox eum concoquit, quod non ex aequo cibus evenit quos nulla sui dulcedo commendat. quid ergo accusas varietatem quasi gulae irritamentum cum salus sit hominis vigere adpetentiam, qua deficiente languescit et periculo fit propior?²³ 30. nam sicut in mari gubernatores vento suo etiam si nimius sit, contrahendo in minorem modum vela praetervolant et flatum cum est maior coercent, sopitum vero excitare non possunt, ita et adpetentia cum titillatur et crescit, rationis gubernaculo temperatur, si semel ceciderit, animal extinguitur.²³ 31. si ergo cibo vivimus et cibum appetentia sola commendat, elaborandum nobis est commento varietatis ut haec semper provocetur, cum praesto sit ratio qua intra moderationis suae terminos temperetur. 32. memineritis tamen lepido me convivio adesse, non anxio; nec sic admitto varietatem ut luxum probem, ubi quaeruntur aestivae nives et hibernae rosae et, dum magis ostentui quam usui servitur, silvarum secretum omne lustratur et peregrina maria sollicitantur. ita enim fit ut etiam si sanitatem sumentium mediocritas observata non sauciet, ipse tamen luxus morum sit aegritudo.'

33. His favorabiliter exceptis Dysarius: 'obsecutus es,' inquit, 'Eustathi, dialecticae, ego medicinae. qui volet eli-

²³ extinguitur S: -guit ω

⁴⁸ The Romans' sole source of cooling for drinks, and a favorite target of moralists as a luxury item.

⁴⁹ I.e., Eustathius' arguments were exercises in logic, unsupported by medical knowledge.

29. But it's not enough just to offer an excuse for pleasure: it should be praised, too. For food that's consumed with pleasure is drawn down eagerly and put away in a belly that receives it readily in open anticipation; and while the belly enjoys it energetically, it digests it promptly, which does not happen in the same way to foods that have no allure of their own to commend them. Why, then, do you accuse a varied diet of stimulating appetite when a vigorous appetite is healthy for a human being, who languishes when it fails and is imperiled? 30. Pilots fly ahead with a following wind even if it's too strong, and they check its force when it grows too great, but they cannot raise it when it falls. Just so, reason, our pilot, tempers appetite when it is stimulated and grows, but once it has fallen off, the living creature is snuffed out. 31. If, then, our life is sustained by food and only appetite makes us receptive of it, we must take pains always to stimulate our appetite by devising a varied diet, since reason is on hand to keep it balanced and poised within moderation's proper limits. 32. Still, bear in mind that I'm a guest at a pleasant banquet, not one that's finicky, nor do I grant such free rein to variety as to approve luxury, which looks for snow⁴⁸ in summer and roses in winter and which, in the interest of display more than utility, scours every hidden place in the woods and troubles foreign seas. Thus, even though the proper mean, when it's observed, does not harm diners' health, luxury itself is still a moral sickness.'

33. When these remarks had been well received, Dysarius said, 'You've followed the precepts of dialectic, Eustathius, I of medicine:⁴⁹ the person who wants to

gere sequenda usum consulat, et quid sit utilius sanitati experientia docebit.'

- 6 Post haec Flavianus: 'et alios quidem medicos idem dicentes semper audivi, vinum inter calida censendum; sed et nunc Eustathius cum causas ebrietatis attingeret, praedicabat vini calorem. mihi autem saepe hoc mecum reputanti visa est vini natura frigori propior quam calori, et in medium profero quibus ad hoc aestimandum trahor, ut vestrum sit de mea aestimatione iudicium. 2. vinum, quantum mea fert opinio, sicut natura frigidum est, ita capax vel etiam appetens fit caloris, cum calidis fuerit admotum. nam et ferrum cum tactu sit frigidum—

ψυχρὸν δ' ἔλε χαλκὸν ὀδοῦσιν—

si tamen solem pertulerit, concalescit et calor advena nativum frigus expellit. hoc utrum ita esse ratio persuadeat requiramus. 3. vinum aut potu interioribus conciliatur, aut fotu, ut superficiem curet, adhibetur. cum infunditur cuti, quin frigidum sit nec medici infitias eunt, calidum tamen in interioribus praedicant, cum non tale descendat sed admixtum calidis concalescat. 4. certe respondeant volo cur stomacho in lassitudinem degeneranti ad instaurandas constrictione vires offerant aegrescenti vinum, nisi frigore suo lassata cogeret et colligeret dissoluta? et cum lasso, ut

⁵⁰ §§1-13 are based on Plut. *Mor.* 651F-653A.

choose a course to follow should give thought to what's proved useful, and experience will show what is more useful to health.'

Flavianus then said, 'I've always heard other doctors 6
too making this same point, that wine should be counted among the things that are naturally warm; and just now Eustathius, too, in touching on the causes of drunkenness, mentioned wine's warmth. But when I've pondered the question, as I often have, I've formed the impression that wine is by nature more nearly cool than warm: I'll put before you the reasons that lead me to this assessment, so that you can pass judgment on it.⁵⁰ 2. As far as I can see, wine is on the one hand cool by nature but is on the other hand capable of taking on warmth, or even seeks it out when it has been brought near sources of heat. For though metal too is cold to the touch (*Il.* 5.75)—

he gripped the cold bronze with his teeth—

it nonetheless grows warm when it's received the sunlight, and the warmth, though a new arrival, drives out the native chill. Let's ask, then, whether reason urges that the same is true of wine. 3. Wine is either introduced to the body's inner regions by drinking or is applied as a poultice to treat the body's surface. Not even physicians are going to deny that it is cool when it is poured on the skin, yet they assert that it is warm inside the body—though it is not warm as it goes down but becomes warm when it mingles with sources of heat. 4. I would certainly like them to explain why they give wine to a sick person whose gut has become inactive, to restore its powers with wine's astringent effect, if wine's cool nature does not gather and bind up what has become weak and loose. And since, as I said, they apply

SATURNALIA

dixi, stomacho nihil adhibeant calidum, ne crescat ulterius lassitudo, a vini potu non prohibent, defectum in robur hac curatione mutant.

5. 'Dabo aliud indicium accidentis vino quam ingeni caloris. nam si quis aconitum nesciens hauserit, non nego haustu eum meri plurimi solere curari. infusum enim visceribus trahit ad se calorem et veneno frigido quasi calidum iam repugnat. si vero aconitum ipsum cum vino tritum potui datum sit, haurientem nulla curatio a morte defendit. 6. tunc enim vinum natura frigidum admixtione sui frigus auxit veneni nec in interioribus iam calescit, quia non liberum sed admixtum alii, immo in aliud versum, descendit in viscera. 7. sed et sudore nimio vel laxato ventre defessis vinum ingerunt, ut in utroque morbo constringat meatus. insomnem medici frigidis oblinunt, modo papaveris suco, modo mandragora vel similibus, in quibus est et vinum; nam vino somnus reduci solet, quod non nisi ingeni frigoris testimonium est. 8. deinde omnia calida Venere provocant et semen excitant et generationi favent, hausto autem mero plurimo fiunt viri ad coitum pigriores, sed nec idoneum conceptioni serunt,²⁴ quia vini nimietas ut frigidi facit semen exile vel debile. 9. hoc vero vel manifestissimam aestimationis meae habet adsertionem, quod quaecumque nimium argentibus, eadem contingunt

²⁴ conceptioni serunt *ed. Paris. 1585* (conceptionis erunt *a*):
conceptioni ferunt β_2

⁵¹ M. mistranslates Plutarch's "hemlock" ($\kappa\acute{\omega}\nu\epsilon\iota\omicron\nu$ = Lat. *cicuta*) as "aconite" (*aconitum*); on wine as an antidote to hemlock, cf. Pliny *Natural History* 25.152.

⁵² Cf. Cels. *On Medicine* 3.18.12, 5.25.2.

nothing warm to an inactive stomach, lest it become still more inactive, they don't forbid the drinking of wine, turning weakness into strength by this application.

5. I'll give a piece of evidence that warmth is a contingent, not an essential, trait of wine. If someone unknowingly drinks aconite,⁵¹ I acknowledge that he is usually cured by drinking wine unmixed with water: that's because when the wine has been instilled in the internal organs, it takes on their warmth and, once rendered warm itself, counteracts the cold poison. But if aconite is administered by being dissolved in wine and drunk, no remedy can save the drinker from death. 6. For in that case wine, being cool by nature, increases the poison's chill by being mixed with it, since it doesn't reach the internal organs in an independent state but mixed with the other, or rather turned into that other. 7. But they even force wine on people worn out from excessive sweating or loose bowels, so that in both cases it might bind up the passageways. When someone cannot sleep, physicians treat him with cool substances, now poppy juice, now mandrake or the like, including wine:⁵² wine usually restores sleep, which can only be evidence of its innate coolness. 8. Furthermore, all naturally warm substances stir sexual desire, stimulate production of seed, and promote procreation, yet when they've drunk a very great deal of unmixed wine men become less eager for intercourse and also do not sow seed suitable for conception, for the excess wine, being a cool substance, makes the seed thin and weak. 9. But here's the thing that offers most obvious confirmation of my assessment: all the things that happen to people who are too cool also happen to peo-

ebriis. fiunt enim tremuli, graves, pallidi, et saltu tumultuantis spiritus artus suos et membra quatiuntur. idem corporis torpor ambobus, eadem linguae titubatio. multis autem et morbus ille quem *παράλυσις* Graeci vocant sic nimio vino, ut multo algore, contingit. 10. respicite etiam quae genera curationis adhibeantur ebriis. nonne cubare sub multis operimentis iubentur ut extinctus calor refoveatur? non et ad calida lavacra ducuntur? non illis unctionum tepore calor corporis excitatur? 11. postremo qui fiunt crebro ebrii <alii>²⁵ cito senescunt, alii ante tempus competentis aetatis vel calvitio vel canitie insigniuntur, quae non nisi inopia caloris eveniunt. 12. quid aceto frigidius, quod culpatum vinum est? solum enim hoc ex omnibus umoribus crescentem flammam violenter extinguit, dum per frigus suum calorem vincit elementi. 13. nec hoc praetereo, quod ex fructibus arborum illi sunt frigidiores, quorum sucus imitatur vini saporem, ut mala seu simplicia seu granata vel cydonia, quae cotonea vocat Cato.

14. 'Haec ideo dixerim, quod me saepe movit et exercuit mecum disputantem, quia in medium proferre volui, quid²⁶ de vino aestimaverim sentiendum. ceterum consultationem mihi debitam non omitto. te enim, Dysari, convenio ut quod quaerendum mihi occurrit absolvas. 15. legisse apud philosophum Graecum memini—ni fallor, ille Aristoteles fuit in libro quem de ebrietate composuit—

²⁵ alii *add. Willis (sed post senescunt)*

²⁶ quid *ed. Ven. 1472: quod ω*

⁵³ Called *contonium* at 3.19.2; both forms are attested.

⁵⁴ §§14–21 are based on Plut. *Mor.* 650A–F.

ple who are drunk. They shake, they become sluggish and pale, and their joints and limbs are wracked with their uneven breathing. Both experience physical sluggishness and uncertain speech. Many, furthermore, even lapse into the disease the Greeks call *paralysis*, from too much wine as from a deep chill. 10. Consider, too, the kinds of cures used for drunks. Aren't they told to sleep under numerous blankets, so that the warmth that's been extinguished can be rekindled? Aren't they also given warm baths? Aren't warm ointments used to excite their bodies' warmth? 11. Finally, some people who get drunk frequently become old before their time, while others become prematurely bald or gray, which happens only out of a deficit of warmth. 12. What has a cooler nature than vinegar, which is wine that's gone off? Of all liquids vinegar alone forcefully extinguishes a growing fire, as its own chill overcomes that element's heat. 13. There's also this: among the fruits that trees produce, those are by nature cooler whose juice imitates the flavor of wine, for example apples or pomegranates or quinces, which Cato calls *cotonea* (*Agr.* 7.3).⁵³

14. I've made these remarks because I wanted to put before you the view of wine I think should be adopted, something that has much exercised me in my musings.⁵⁴ I'm not giving up the chance I have coming to put a question;⁵⁵ but I turn to you, Dysarius, to answer one that it occurs to me should be asked. 15. I recall reading in a Greek philosopher—the great Aristotle, if I'm not mistaken, in

⁵⁵ A reference to the agreement to take turns questioning Dysarius, established at 7.4.1–2.

SATURNALIA

mulieres raro in ebrietatem cadere, crebro senes; nec causam vel huius frequentiae vel illius raritatis adiecit. et quia ad naturam corporum tota haec quaestio pertinet, quam nosse et industriae tuae et professionis officium est, volo te causas rei quam ille sententiae loco dixit, si tamen philosopho adsentiris, aperire.'

16. Tum ille: 'recte et hoc Aristoteles ut cetera, nec possum non adsentiri viro cuius inventis nec ipsa natura dissentit. mulieres, inquit, raro ebriantur, crebro senes. rationis plena gemina ista sententia, et altera pendet ex altera. nam cum didicerimus quid mulieres ab ebrietate defendat, iam tenemus quid senes ad hoc frequenter impellat. contrariam enim sortita naturam sunt muliebre corpus et corpus senile. 17. mulier umectissimo est corpore. docet hoc et levitas cutis et splendor, docent praecipue assiduae purgationes superfluo exonerantes corpus umore. cum ergo epotum vinum in tam largum ceciderit umorem, vim suam perdit et fit dilutius nec facile cerebri sedem ferit fortitudine eius extincta. 18. sed et haec ratio iuvat sententiae veritatem, quod muliebre corpus crebris purgationibus deputatum pluribus consertum est foraminibus, ut pateat in meatus et vias praebeat umori in egestionis exitum confluenti, per haec foramina vapor vini celeriter evanescit. 19. contra senibus siccum corpus est, quod probat

⁵⁶ I.e., Aristotle's *Symposium* (fr. 99–110 Rose): M. draws the title *On Drunkenness* from Plutarch.

⁵⁷ I.e., menstruation, as is made clear at 7.7.4.

⁵⁸ The supposedly spongier quality of women's flesh was used to explain a number of traits: cf. Dean-Jones 1994, 55–57.

the book that he wrote on drunkenness⁵⁶—that women become inebriated rarely, old men frequently, but he didn't include the reason either for the latter frequency or the former rarity. Since this whole question is relevant to our physical nature, which you ought to know, given both your diligence and your profession, please reveal the reason for the facts that he stated in rather gnomic form—if, at any rate, you agree with the philosopher's statement.'

16. Dysarius replied, 'Aristotle was right about this as about all else, nor could I fail to agree with a man whose discoveries nature herself finds agreeable. Women (he said) become drunk rarely, old men frequently. That two-part formulation is entirely reasonable, and each part depends on the other: when we've learned what protects women from drunkenness, we'll at the same time grasp what frequently drives old men to it—for the female body and the body of an aged male are allotted natures that are exact opposites. 17. A woman has the most moist sort of body: this is shown by their smooth and radiant skin and above all by their constant purgings,⁵⁷ which relieve the body of water. When, therefore, the wine they've drunk spills into such a large collection of moisture, it loses its force, becomes diluted, and cannot readily impinge on the brain's settled state when its strength has been snuffed out. 18. Further support for the truth of Aristotle's statement comes from the fact that the female body, which has to perform frequent purgings, has been constructed with a rather large number of cavities that open out into channels and provide the passageways for the moisture that gathers to be discharged:⁵⁸ wine's fumes quickly dissipate through these cavities. 19. By contrast, an old man's body is dry, as the roughness and dullness of his skin show. That's also

SATURNALIA

asperitas et squalor cutis. unde et haec aetas ad flexum fit difficilior, quod est indicium siccitatis. intra hos vinum nec patitur contrarietatem repugnantis umoris et integra vi sua adhaeret corpori arido, et mox loca tenet quae sapere homini ministrant. 20. dura quoque esse senum corpora nulla dubitatio est, et ideo ipsi etiam naturales meatus in membris durioribus obserantur, et hausto vino exhalatio nulla contingit, sed totum ad ipsam sedem mentis ascendit. 21. hinc fit ut et sani senes malis ebriorum laborent, tremore membrorum, linguae titubantia, abundantia loquendi, iracundiae concitatione, quibus tam subiacent iuvenes ebrii quam senes sobrii. si ergo levem pertulerint impulsus vini, non accipiunt haec mala sed incitant, quibus aetatis ratione iam capti sunt.

- 7 Probata omnibus Dysarii disputatione subiecit Symmachus: 'ut spectata est tota ratio quam de muliebris ebrietatis raritate Dysarius invenit, ita unum ab eo praetermissum est, nimio frigore quod in earum corpore est frigescere haustum vinum et ita debilitari ut vis eius quae elanguit nullum possit calorem, de quo nascitur ebrietas, excitare.' 2. Ad haec Horus: 'tu vero, Symmache, frustra opinaris frigidam mulierum esse naturam, quam ego calidiorem virili, si tibi volenti erit, facile probabo. 3. umor naturalis in corpore, quando aetas transit pueritiam, fit durior et acuitur in pilos. ideo tunc et pubes et genae et aliae partes corporis vestiuntur. sed in muliebri corpore hunc umorem calore siccante fit inopia pilorum, et ideo in corpore sexus huius manet continuus splendor et levitas. 4. est et hoc in illis in-

⁵⁹ §§1-12 are based on Plut. *Mor.* 650F-651F.

why people at this stage in life are less flexible, which is evidence of dryness. In old men wine does not encounter a contrary moisture to oppose it, so it fastens onto the dry body with its strength intact and quickly occupies the places that provide a person with good sense. 20. There's also no doubt that old men's bodies are hard, so that the natural passageways become occluded in their harder limbs, and the wine they've drunk has no chance to dissipate but instead rises undiminished to the seat of the mind. 21. That's why even healthy old men suffer from the same ills as drunks: their limbs shake, their tongues are unsteady, they talk a lot and are prone to anger—conditions to which drunk young men are as subject as sober old men. Once they've borne wine's onslaught in even a slight form, these woes, by which they're already beset because of their age, are not merely experienced, they're exacerbated.'

When all had expressed approval of Dysarius' account, 7
 Symmachus added, 'The whole account that Dysarius devised to explain the rarity with which women become drunk is tested and true, yet there is one point that was left out: the wine that is drunk is chilled by their bodies' extreme coolness and is so weakened that its force become feeble and cannot arouse the heat from which drunkenness emerges.'⁵⁹ 2. In response, Horus said, 'Symmachus, you're wrong to think that women's nature is cool: if you're agreeable, I'll easily demonstrate that it's warmer than a man's. 3. The natural moisture in a body past childhood hardens and is sharpened into bristles: that's why at that age the pubic area, the cheeks, and other parts of the body take on a coating of hair. But in a woman's body the warmth dries this moisture and results in a dearth of hair, and that's why the female body remains smooth and radiant. 4. There

dicium caloris, abundantia sanguinis cuius natura fervor est, qui ne urat corpus, si insidat, crebra purgatione subtrahitur. quis ergo dicat frigidus, quas nemo potest negare plenas caloris quia sanguinis plenae sunt? 5. deinde licet urendi corpora defunctorum usus nostro saeculo nullus sit, lectio tamen docet eo tempore quo igni dari honor mortuis habebatur, si quando usu venisset ut plura corpora simul incenderentur, solitos fuisse funerum ministros de- nis virorum corporibus adicere singula muliebria, et unius adiutu quasi natura flammei et ideo celeriter ardentis cetera flagrabant. 6. ita nec veteribus calor mulierum habebatur incognitus. nec hoc tacebo quod, cum calor semper generationis causa sit, feminae ideo celerius²⁷ quam pueri fiunt idoneae ad generandum quia calent amplius. nam et secundum iura publica duodecimus annus in femina et quartus decimus in puero definit pubertatis aetatem. 7. quid plura? nonne videmus mulieres quando nimium frigus est, mediocri veste contentas, nec ita operimentis plurimis involutas ut viri solent, scilicet naturali calore contra frigus quod aër ingerit repugnante?'

8. Ad haec renidens Symmachus, 'bene,' inquit, 'Horus noster temptat videri orator ex Cynico, qui in contrarium vertit sensus quibus potest muliebris corporis frigus probari. nam quod pilis ut viri non obsidentur, inopia caloris est. calor est enim qui pilos creat, unde et eunuchis desunt,

²⁷ celerius J²S: celeriter ω (om. P)

⁶⁰ Inhumation, long the norm in the Greek-speaking east, replaced cremation in the Latin-speaking west by the 3rd century CE. ⁶¹ Cf. *Digest* 28.1.5 (Ulpian).

⁶² With §8 cf. [Alex. Aphrod.] *Prob.* 1.6, *Suppl. Prob.* 2.4.

is in their bodies also this further indication of warmth: the abundance of blood, which is by nature hot and is drawn off by frequent purgings, lest it burn the body were it to become settled. Who, then, would maintain that they're cool, when no one can deny that they're warm because they're full of blood? 5. Furthermore, though we no longer follow the practice of burning the dead,⁶⁰ we learn from our reading that in the period when cremation was considered a way of honoring the dead, if it ever turned out that a number of corpses were to be burned at the same time, the funeral attendants usually added one female corpse for every ten male corpses: with the addition of this one corpse—fiery by nature, as it were, and therefore quick to burn—all the rest caught fire. 6. Thus the ancients too were aware of women's innate warmth. I'll add this point too: since heat is always the cause of procreation, women become suitable for that purpose more quickly than boys, because they are naturally warmer: according to public law, too, the twelfth year marks puberty in the case of a woman, the fourteenth in the case of a boy.⁶¹ 7. No need to go on, I think: don't we observe that when it's very cold women can make do with a moderate amount of clothing and they're not wrapped in blankets as men usually are, because (of course) their innate warmth combats the chill that the air lets loose upon them?

8. Smiling in response, Symmachus said, 'Our friend Horus bids fair to appear an orator instead of a Cynic, turning on their heads the perceptions that could be taken to prove the innate coolness of women's bodies. In fact it's lack of warmth that causes them to be less hairy than men.⁶² It's heat that produces hair, and that's why eunuchs also lack it, since no one would deny that their nature is

SATURNALIA

quorum naturam nullus negaverit frigidioris viris, sed et in corpore humano illae partes maxime vestiuntur quibus amplius inest caloris. leve autem est mulierum corpus quasi naturali frigore densatum, comitatur enim algorem densitas, levitas densitatem. 9. quod vero saepe purgantur, non multi sed vitiosi umoris indicium est. indigestum est enim et crudum quod egeritur, et quasi infirmum effluit nec habet sedem, sed natura quasi noxium et magis frigidum pellitur. quod maxime probatur quia mulieribus cum purgantur etiam algere contingit, unde intellegitur frigidum esse quod effluit, et ideo in vivo corpore non manere quasi inopia caloris extinctum. 10. quod muliebri corpus iuvabat ardentis viros, non caloris erat sed pinguis carnis et oleo similioris, quod non illis contingeret ex calore. 11. quod cito admonentur generationis, non nimii caloris sed naturae infirmioris est, ut exilia poma celerius maturescunt, robusta serius. sed si vis intellegere in generatione veram rationem caloris, considera viros longe diutius perseverare in generando quam mulieres in pariendo, et hoc tibi sit indubitata probatio in utroque sexu vel frigoris vel caloris. nam vis eadem in frigidioris corpore celerius extinguitur, in calidioris diutius perseverat. 12. quod frigus aëris tolerabilis viris ferunt, facit hoc suum frigus, similibus enim similia gaudent. ideo ne corpus earum frigus horreat, facit consuetudo naturae quam sortitae sunt frigidioris.

13. 'Sed de his singuli ut volent iudicent. ego vero ad

cooler than men's; also, those parts of the human body where there's more warmth are most coated by hair. But women's bodies are smooth because they're made dense by their innate coolness: density accompanies chilliness, and smoothness density. 9. Further, their frequent purgings are the sign not of a large quantity of moisture but of its poor quality. That which is expelled is raw and undigested: as a feeble thing, it flows out and has no settled resting place but is driven out as though naturally harmful and cooler. The clearest token of this is the fact that women tend also to become chilled when they're purging, and from that we can infer that the effluent is cool and so does not remain in the living body, inasmuch as it perishes from lack of warmth. 10. The fact that a woman's corpse helped men's corpses to burn was a function not of its warmth but of its rich and oily flesh, a condition male corpses lack because of their innate warmth. 11. The fact that women are quickly put in mind of procreation is a result of their weaker nature, not their excessive warmth, as scrawny fruits ripen first, the sturdier more slowly. If you want to grasp the real place of warmth in procreation, consider the fact that men continue to play that role far longer than women continue to bear children: let that be an absolutely certain demonstration of the coolness or warmth present in each sex, since the same power is more quickly extinguished in the cooler body and continues longer in the warmer. 12. As for the fact that they tolerate cold air more than men, that's a product of their own cool nature: like takes pleasure in like, and the habituation of the cooler nature that is their lot causes their bodies not to dread the cold.

13. 'But let each person judge these matters as he

SATURNALIA

sortem venio consulendi, et quod scitu dignum aestimo, ab eodem Dysario quaero et mihi usque ad affectum nimium amico et cum in ceteris tum in his optime docto. 14. nuper in Tusculano meo fui, cum vindemiales fructus pro annua sollemnitate legerentur. erat videre permixtos rusticis seruos haurire vel de expresso vel de sponte fluente mustum nec tamen ebrietate capi. quod in illis praecipue admirabar, quos impelli ad insaniam parvo vino noveram. quaero quae ratio de musto ebrietatem aut tardam fieri faciat aut nullam?

15. Ad haec Dysarius: 'omne quod dulce est cito satiat nec diurnam desiderii sui fidem tenet, sed in locum satietatis succedit horror. in musto autem sola dulcedo est, suavitas nulla. nam vinum cum in infantia est, dulce; cum pubescit, magis suave quam dulce est. 16. esse autem harum duarum rerum distantiam certe Homerus testis est, qui ait,

μέλιτι γλυκερῶ καὶ ἠδέϊ οἴνω.

vocavit enim mel dulce et vinum suave. mustum igitur cum necdum suave est sed tantum modo dulce, horrore quodam tantum sumi de se non patitur quantum sufficiat ebrietati. 17. addo aliud, naturali ratione ebrietati dulcedinem repugnare, adeo ut medici eos qui usque ad periculum distenduntur vino plurimo cogant vomere, et post vomitum contra fumum vini qui remansit in venis panem

⁶³ §§14–20 are based on Plut. *Mor.* 655E–656B.

wishes: I come now to the place allotted to me for asking a question—something I think worth knowing, which I put to Dysarius again, someone I'm almost too fond of, a man of supreme learning both in all other matters and in the matter before us. 14. I was recently on my estate in Tusculum, when the grapes were being picked at vintage-time according to the annual custom.⁶³ One could see the mingled crowd of slaves and peasants drinking the must as it was pressed from the grapes or flowed freely from them, and yet they didn't become drunk: I was especially surprised in the case of those whom I knew to become crazy drunk from a little wine. My question is, why does must produce drunkenness either slowly or not at all?

15. Dysarius replied, 'Everything sweet quickly leaves one feeling he's had enough and doesn't long create the impression that one wants more; instead, revulsion takes the place of satisfaction. Must, however, is merely sweet without being pleasant: wine in its infancy is sweet, while as it grows into maturity it's more pleasant than sweet. 16. Homer testifies to the difference between the two qualities when he says (*Od.* 20.69),

with sweet honey and pleasant wine,

calling honey sweet [*glykeros*] and wine pleasant [*hêdys*]. Must, then, which is not yet pleasant but merely sweet, doesn't allow enough of itself to be consumed to cause drunkenness, because of a certain repugnance. 17. I can add another point: sweetness is so naturally resistant to drunkenness that physicians force people whose stomachs are dangerously swollen to vomit by giving them a great deal of wine, and after they've vomited they give them bread smeared with honey as an antidote to the fumes of

offerunt melle inlitum, et ita hominem ab ebrietatis malo dulcedo defendit. ideo ergo non inebriat mustum in quo est sola dulcedo.

18. 'Sed et hoc de idonea ratione descendit, quod mustum grave est et flatus et aquae permixtione et pondere suo cito in intestina delabitur ac profluit, nec manet in locis obnoxiiis ebrietati, delapsus vero relinquit sine dubio in homine ambas qualitates naturae suae, quarum altera in flatu, altera in aquae substantia est. 19. sed flatus quidem quasi aequè ponderosus in ima delabitur, aquae vero qualitas non solum ipsa non impellit in insaniam sed et, si qua vinalis fortitudo in homine resedit, hanc diluit et extinguit. 20. inesse autem aquam musto vel hinc docetur quod cum in vetustatem procedit fit mensura minus sed acrius fortitudine, quia exhalata aqua qua molleebatur, remanet vini sola natura cum fortitudine sua libera, nulla diluti umoris permixtione mollita.'

- 8 Post haec Rufius Albinus: 'ego quoque pro virili portione Dysarium nostrum inexercitum non relinquo. dicas quaeso quae causa difficile digestu facit isicium, quod ab insectione "insicium" dictum amissione n litterae postea quod nunc habet nomen obtinuit, cum multum in eo digestionem futuram iuverit tritura tam diligens, et quicquid grave erat carnis absumpserit²⁸ consummationemque eius multa ex parte confecerit.'

²⁸ absumpserit CS: ass- ω

⁶⁴ Cf. Aristotle fr. 220 Rose, cited by Plut. *Mor.* 656B.

⁶⁵ With §§1-3 cf. [Alex. Aphrod.] *Prob.* 1.22.

⁶⁶ Cf. Varro *Latin Language* 5.110; the Greek name for the

the wine that remains in their veins, the sweetness thus protecting the person from the evil of drunkenness. That, then, is why must, which is merely sweet, does not make someone drunk.

18. 'But appropriate analysis produces this consideration also: must is heavy, and because of its mixture of gas and water and its own weight it quickly settles into the intestine and is expelled.⁶⁴ It does not stay in the areas of the body subject to drunkenness, but after it has departed it naturally leaves behind in a person the two qualities that are essential to it, gas and water. 19. Now, gas is no less heavy and so settles into the nether regions, whereas water not only doesn't drive one senseless but even dilutes and quenches any remnant of wine's residual strength. 20. That water is present in must is shown, moreover, by the fact that when must ages, its volume decreases while its strength increases, since the water that made it milder has evaporated and only the essence of the wine remains, strong and unimpeded, with no admixture of water to dilute it and make it mild.'

After these remarks Rufius Albinus said, 'I too will do my best not to leave our friend Dysarius idle.⁶⁵ Please explain why it's hard to digest a mincemeat croquette—I mean the dish that got the name *insicium* from the process of mincing [*insectio*],⁶⁶ then lost the *n* to get the name it now has [*isicium*]⁶⁶—even though the thorough grinding involved in its preparation should have done a lot to aid in its digestion by removing whatever was heavy in the meat and largely completing the process of breaking it down.'

dish was the same, *isikos* or dimin. *isikion*. For the various forms of the dish, cf. Apicius 2.1.

2. Et Dysarius: 'inde hoc genus cibi difficile digeritur unde putas ei digestionem ante provisam. levitas enim quam tritura praestat facit ut innatet udo cibo quem in medio ventris invenerit, nec adhaereat cuti ventris de cuius calore digestio promovetur. 3. sic et mox tritum atque formatum²⁹ cum in aquam coicitur, natat. ex quo intellegitur quod idem faciens in ventris umore subducit se digestionis necessitati, et tam sero illic coquitur quam tardius conficiuntur quae vapore aquae quam quae igne solvuntur. deinde dum instantius teritur, multus ei flatus involvitur, qui prius in ventre consumendus est, ut tum demum conficiatur quod remansit de carne iam liberum.'

4. 'Hoc quoque scire aveo,' Rufius inquit, 'quae faciat causa non nullos carnes validiores facilius digerere quam tenues. nam cum cito coquant offas bubulas, in asperis piscibus concoquendis laborant.' 5. 'in his,' Dysarius ait, 'huius rei auctor est nimia in homine vis caloris: quae si idoneam materiem suscipit, libere congregitur et cito eam in concertatione consumit; levem modo praeterit ut latentem, modo in cinerem potius quam in sucum vertit, ut ingentia robora in carbonum frustra lucentia igne vertuntur, paleae si in ignem ceciderint, mox solum de eis cinerem

²⁹ formatum *ed. Paris. 1585: firm- ω*

⁶⁷ With §§4-6 cf. [Alex. Aphrod.] *Prob.* 1.52, 2.17, and see also §6n.

⁶⁸ *asperis* ("coarse, rough, unrefined") probably represents M.'s attempt to render Greek *petraious* (sc. *ikhthyas*: so pseudo-Alexander) after failing to recognize it as the name of a species, "rock-fish." If the error happens to be a scribe's, however, we might think that M. wrote *apuis piscibus* (as Peter White sug-

2. Dysarius replied, 'The thing that causes you to suppose that this food's digestion is cared for in its preparation is just what makes it difficult to digest. For the lightness that the grinding produces causes it to float in the moist food it encounters in the middle of the belly, preventing it from sticking to the belly's surface, which promotes digestion with its warmth. 3. So too, when it's tossed in water right after it's been ground and shaped, it floats: from that you can gather what it does in the stomach's moisture as it distances itself from the necessity of digestion; so digestion is then delayed, just as things that are steamed are broken down more slowly than those that are seared. Furthermore, while the meat is ground quite energetically a lot of gas becomes wrapped up in it, and the belly has to dispose of that first, so that what remains of the meat can finally be digested when it's free of the gas.'

4. 'Here's another thing I very much want to know,' Rufius said.⁶⁷ 'Why is it that some people find it easier to digest more robust forms of meat than those that are delicate? For example, though they quickly digest chunks of beef, they have a hard time digesting coarse fish.'⁶⁸ 5. 'In these cases,' Dysarius said, 'the source of the problem is the person's excessive warmth. If it encounters an appropriate substance, it freely comes into contact with it, grapples with it, and quickly finishes it off. But in the case of insubstantial material, at one time it bypasses it as though it failed to see it, at another it turns it into ash rather than juice, just as fire turns massive oaks into glowing lumps of charcoal, whereas if wheat chaff falls into a fire, only its

gested to me), which offers a sense—"small fry"—more in line with the logic of the passage.

SATURNALIA

restat videri. 6. habes et hoc exemplum non dissonum quod potentior mola ampliora grana confringit, integra illa quae sunt minutiora transmittit: vento nimio abies aut quercus avellitur, cannam nulla facile frangit procella.'

7. Cumque Rufius delectatus enarrantis ingenio plura vellet interrogare, Caecina se Albinus obiecit: 'mihi quoque desiderium est habendi paulisper negotii cum tam facunda Dysarii doctrina. dic, oro te, quae facit causa ut sinapi et piper, si adposita cuti fuerint, vulnus excitent et loca perforant, devorata vero nullam ventris corpori inferant laesionem.' 8. et Dysarius, 'species,' inquit, 'et acres et calidae superficiem cui adponuntur exulcerant, quia integra virtute sua sine alterius rei admixtione utuntur ad noxam. sed si in ventrem receptae³⁰ sint,³¹ solvitur vis earum ventralis umoris alluvione, qua fiunt dilutiores, deinde prius vertuntur in sucum ventris calore quam ut integrae³² possint nocere.'

9. Caecina subiecit: 'dum de calore loquimur, admoner rei quam semper quaesitu dignam putavi, cur in Aegypto, quae regionum aliarum calidissima est, vinum non calida sed paene dixerim frigida virtute nascatur.' 10. ad hoc Dysarius: 'usu tibi, Albine, compertum est, aquas quae vel de altis puteis vel de fontibus hauriuntur fumare hieme, aestate frigescere. quod fit non alia de causa nisi quod aëre qui nobis circumfusus est propter temporis ra-

³⁰ receptae *Jan*: -ta ω

³¹ sint R² ϵ : sunt G β_2 , est P

³² integrae *Jan*: integra ω

⁶⁹ The parable of the oak and the reed appears as *Fable* 16 in the collection dedicated to M. by the fabulist Avianus (or Avienus: see *Introd.* §1).

ashes soon remain to be seen. 6. Here's another suitable analogy: the more powerful sort of millstone breaks down larger grains of wheat but passes over smaller grains, leaving them intact; an exceedingly strong wind uproots a silver fir or oak tree, but no gale easily breaks a reed.⁶⁹

7. And though Rufius wanted to ask more questions, delighted as he was by his interlocutor's cleverness, Caecina Albinus intervened:⁷⁰ 'I too am eager to engage Dysarius' fluent learning for a bit. Tell me, please: why do mustard and peppercorn raise a welt and pierce the skin when they're placed on it but do no damage to the belly's tissue when they're swallowed?' 8. Dysarius replied, 'Spices, being both sharp and hot, wound a surface they're placed against because they use their power, which is strong and unmixed with any other substance, to do harm. But when they've been taken into the belly, their strength's undone as they're bathed in the belly's fluid, which dilutes them, and then they're turned into juice by the belly's warmth before they can do the sort of harm they do when whole.'

9. Caecina added, 'While we're talking about warmth, I'm put in mind of something I've always thought deserved to be looked into:⁷¹ why is it that in Egypt, the hottest of any land, wine is produced that has, not an essential heat, but I'd almost venture to say an essential coldness?' 10. Dysarius replied, 'I'm sure you've had the experience of seeing water drawn from deep wells or springs smoking in the winter, though they're cold in the summer. This happens precisely because when the air that surrounds us is

⁷⁰ With §§7-8 cf. [Alex. Aphrod.] *Prob.* 1.30, 67.

⁷¹ With §§9-11 cf. [Alex. Aphrod.] *Prob.* 1.56-57.

SATURNALIA

tionem calente, frigus in terrarum ima demergitur et aquas inficit quarum in imo est scaturigo, et contra cum aër hiemem praefert, calor in inferiora demergens aquis in imo nascentibus dat vaporem. 11. quod ergo ubique alternatur varietate temporis, hoc in Aegypto semper est, cuius aër semper est in calore. frigus enim ima petens vitium radicibus involvitur, et talem dat qualitatem suco inde nascenti. ideo regionis calidae vina calore caruerunt.'

12. 'Tractatus noster,' Albinus inquit, 'semel ingressus calorem non facile alio digreditur. dicas ergo volo cur qui in aquam descendit calidam, si se non moverit, minus uritur; sed si agitato suo aquam moverit, maiorem sentit calorem et totiens aqua urit amplius, quotiens novus ei motus accesserit.' 13. et Dysarius, 'calida,' inquit, 'quae adhaeserit nostro corpori, mox praebet tactum sui mansuetiorem, vel quia cuti adsuevit vel quia frigus accepit a nobis. motus vero aquam novam semper ac calidam³³ corpori applicat et cessante adsuetudine de qua paulo ante diximus semper novitas auget sensum caloris.' 14. 'cur ergo,' Albinus ait, 'aestate cum aër calidus flabro movetur, non calorem sed frigus acquirit? eadem enim ratione et in hoc fervorem deberet motus augere.' 15. 'non eadem ratio,' Dysarius inquit, 'in aquae et aëris calore. illa enim corporis solidioris est, et crassa materies cum movetur, integra vi sua superficiem cui admovetur invadit; aër motu in ventum solvitur

³³ aquam novam semper ac calidam G: aquam novam semper ac novam PF, aquam novam γ

⁷² With §§12–15 cf. [Alex. Aphrod.] *Prob.* 1.112–13.

warm because of the season, the cold sinks down into the earth's deepest recesses and chills the waters that bubble up in the depths; conversely, when the air is wintry, the heat descends to the nether regions and makes the water steam as it arises in the depths. 11. Accordingly, a phenomenon that alternates with the seasons everywhere else is always the same in Egypt, where the air is always hot: as it seeks the depths, the cold becomes wrapped up in the roots of the vines and so gives that property to the juice produced there. That's why the wines of a hot region are free of heat.'

12. 'Having once entered on the topic of heat,' Albinus said, 'our line of inquiry is not finding it easy to head in a different direction.⁷² Please tell me why a person who enters a hot bath is burned less if he doesn't move but feels the heat more if he stirs the water with his own motion, as the water burns more intensely every time it is moved.'

13. Dysarius said, 'Hot water that adheres to our body soon feels milder, either because the skin has become acclimated to it or because it is cooled by contact with us. But motion constantly brings new hot water into contact with the body, the acclimatization I just referred to fails to occur, and the constant supply of new water increases the sensation of heat.' 14. 'Why, then,' Albinus said, 'when the hot air is moved by a breeze in the summer, does it feel not hotter but cooler? By the same principle motion should increase the burning sensation in this case too.' 15. 'The same principle is not at work in the warmth of water and the warmth of air,' Dysarius said. 'The substance of water is more solid, and when dense matter is moved against some surface, it attacks it with its force undiminished. When air is moved it's dispersed as wind: having become

et liquidior se factus agitato flatus efficitur. porro ut flatus illud removet quod circumfusum nobis erat, erat autem circa nos calor, remoto igitur per flatum calore restat ut advenam sensum frigoris praestet agitatus.'

- 9 Interpellat Evangelus pergentem consultationem et 'exercebo,' inquit, 'Dysarium nostrum si tamen minutis illis suis et rorantibus responsionibus satisfaciet consulenti. 2. dic, Dysari, cur qui ita se vertunt ut saepe in orbem rotentur, et vertiginem capitis et obscuritatem patiuntur oculorum, postremo, si perseveraverint, ruunt, cum nullus alius motus corporis hanc ingerat necessitatem.'

3. Ad haec Dysarius, 'septem,' inquit, 'corporei motus sunt. aut enim accedit priorsum aut retrorsum recedit, aut in dexteram laevamve devertitur, aut sursum promovet aut deorsum, aut orbiculatim rotatur. 4. ex his septem motibus unus tantum in divinis corporibus invenitur, sphaeralem dico, quo movetur caelum, quo sidera, quo cetera moventur elementa. terrenis animalibus illi sex praecipue familiares sunt, sed non numquam adhibetur et septimus. sed sex illi ut directi, ita et innoxii; septimus, id est qui gyros efficit, crebro conversu turbat et umoribus capitis involvit spiramentum quod animam cerebro quasi omnes corporis sensus gubernanti ministrat. 5. hoc est autem spiramen-

⁷³ On the metaphor, see 5.17.7n.

⁷⁴ With §§2-7 cf. [Alex. Aphrod.] *Prob.* 1.131, which lacks the doctrine of the seven bodily motions (next n.).

⁷⁵ Cf. *Comm.* 1.6.81, Philo *On the Craftsmanship of the Universe* 122, Iambl.(?) *Theology of Arithmetic* p.55.10-11, John Lydus *On the Months* 2.11.

⁷⁶ The principle of psychic "breath" (Lat. *spiramentum* = Gk. *pneuma*) is central to the physiological model developed by

more fluid than it formerly was, it's turned into a breeze when it's stirred up. Furthermore, as a breeze it removes what surrounded us; but since what surrounded us was heat, once the heat has been removed by the breeze, it gives us a new feeling of cool when it's stirred.'

Evangelus interrupted the ongoing questioning and said, 'I'll give our friend Dysarius a workout, if he'll but satisfy his questioner with those "small and dewy"⁷³ answers of his. 2. Tell me, Dysarius, why people who turn repeatedly in a circle experience dizziness and darkened vision and finally fall down, if they continue, though no other bodily motion has this inevitable effect.'⁷⁴ 9

3. Dysarius replied, 'The body knows seven motions: it moves forward or back, or it turns right or left, or it goes up or down, or it spins in a circle.'⁷⁵ 4. Only one of these seven motions is found in divine bodies, the circular one, which is the motion of the heavens, the stars, and all the other elements. The other six are chiefly the ones best known to earth-bound animals, but sometimes the seventh also comes into play. But those six, being unidirectional, are harmless; the seventh, the one that causes circular motion, produces confusion by constantly turning upon itself and mingles cranial fluids with the breath that provides the life-principle to the brain, the pilot, as it were, of all the body's senses.'⁷⁶ 5. This breath, moreover, in circling the

Erasistratus (3rd cent. BCE): some of the air that we breathe is transmitted from the lungs to the heart, where it is converted to "vital breath" before being transmitted from the heart to the brain; there it is further purified as the "psychic breath" that is the source of all sensation and motion, distributed to the body by the nerves that M. describes in §§19ff.

SATURNALIA

tum quod ambiens cerebrum singulis sensibus vim suam praestat; hoc est quod nervis et musculis corporis fortitudinem praebet. ergo vertigine turbatum et simul agitatis umoribus oppressum languescit et ministerium suum deserit. 6. inde fit his qui raptantur in gyros hebetior auditus, visus obscurior, postremo, nervis et musculis nullam ab eo virtutem quasi deficiente sumentibus, totum corpus, quod his sustinetur et in robur erigitur, desertum iam fulcimentis suis labitur in ruinam. 7. sed contra haec omnia consuetudo, quam secundam naturam pronuntiavit usus, illos iuvat qui in tali motu saepe versantur. spiramentum enim cerebri quod paulo ante diximus, adsuetum rei iam non sibi novae, non pavescit hunc motum nec ministeria sua deserit. ideo consuetis etiam iste agitatus innoxius est.'

8. 'Inretitum te iam, Dysari, teneo et si vere opinor, nusquam hodie effugies. et alios enim in arte tibi socios et ipsum te audivi saepe dicentem, cerebro non inesse sensum, sed ut ossa ut dentes ut capillos, ita et cerebrum esse sine sensu. verumne est haec vos dicere solitos, an ut falsum refelles?' 9. 'verum,' ait ille. 'ecce iam clausus es. ut enim concedam tibi praeter capillos in homine aliquid esse sine sensu, quod non facile persuasum est, tamen cur sensus omnes paulo ante dixisti a cerebro ministrari, cum cerebro non inesse sensum ipse fatearis? potestne excusare huius contrarietatis ausum vel vestri oris nota volubilitas?'

10. Et Dysarius renidens: 'retia quibus me involutum

brain, gives the several senses their power and furnishes the sinews and muscles with strength. When it is disturbed by dizziness and at the same time is overwhelmed by the cranial fluids that have been stirred up, it grows faint and ceases to perform its proper function. 6. That's why people who are turned rapidly in circles have dulled hearing and darkened vision; finally, when the sinews and muscles get no power from the fainting breath, the whole body, which those sinews and muscles support and keep upright like a tree trunk, is bereft of its props and collapses. 7. But habit, which experience has called our second nature, helps those who are frequently turned in a circle to counter these effects: the brain's breath, which I mentioned a short time ago, becomes accustomed to it, regards it as familiar and not fearful, and does not cease to perform its proper function. Thus that sort of agitation is harmless to those who become habituated to it.'

8. 'I have you in my snare now, Dysarius, and if I'm not mistaken, you'll make no escape today (cf. *E.* 3.49). I have often heard other physicians, and you yourself, saying that the brain lacks sensation, but just like bones, like teeth, like hair, the brain is without feelings. Is it true that you lot are accustomed to saying this, or will you reject that as false?' 9. 'True,' said he. 'Aha—now you're trapped. Suppose I grant you that there is something in human beings other than hair that lacks sensation—a point that is difficult to make credible—still, why did you say just now that all the senses are served by the brain, when you yourself acknowledge that there is no sensation in the brain? Can even the well-known fluency of that mouth of yours excuse this brazen contradiction?'

10. Dysarius said, with a smile, 'The net in which you

SATURNALIA

tenes nimis rara sunt, nimis patula: ecce me, Evangele, sine nisu inde exemptum videbis. 11. opus naturae est ut sensum vel nimium sicca vel nimium umecta non capiant. ossa, dentes cum unguibus et capillis nimia siccitate ita densata sunt ut penetrabilia non sint effectui animae qui sensum ministrat; adeps medulla et cerebrum ita in umore atque mollitie sunt, ut eundem effectum animae quem siccitas illa non recipit mollities ista non teneat. 12. ideo tam dentibus unguibus ossibus et capillis quam adipi medullis et cerebro sensus inesse non potuit. et sicut sectio capillorum nihil doloris ingerit, ita si secetur vel dens vel os seu adeps seu cerebrum seu medulla, aberit omnis sensus doloris. 13. "sed videmus," inquires, "tormentis adfici quibus secantur ossa, torqueri homines et dolore dentium." hoc verum esse quis abneget? sed ut os secetur, omentum quod impositum est ossi cruciatum, dum sectionem patitur, importat. quod cum medici manus transit, os iam cum medulla quam continet habent indolentiam sectionis similem capillorum. et cum dentium dolor est, non os dentis in sensu est, sed caro quae continet dentem. 14. nam et unguis quantus extra carnem crescendo pergit sine sensu secatur, qui carni adhaeret iam facit si secetur dolorem, non suo sed sedis suae corpore; sicut capillus dum superior secatur nescit dolorem: si avellatur, sensum accipit a carne quam deserit. et cerebrum quod tactu sui hominem vel torquet vel frequenter interimit, non suo sensu sed vestitus sui, id est omenti, hunc importat dolorem.

⁷⁷ With §§11-14 cf. Arist. *On the Soul* 1.5 410a30-b2, *Parts of Animals* 2.5 651b4-7, 2.7 652b5-7, 2.10 656a23-25, Alex. Aphrod. *Commentary on "On Sensation"* CAG 3,1:39, *On the Soul* CAG Suppl. 2,1:75, 97, Nemesius *On Human Nature* p. 63.18-19.

hold me ensnared is exceedingly loose-knit and has very large gaps: just watch, Evangelus, and you'll see me effortlessly escape. 11. It is nature's doing that things either exceedingly dry or exceedingly wet have no feeling.⁷⁷ Bones, teeth, fingernails, hair—they're all so densely composed of very dry material as to be impenetrable to that effect of the life-principle which provides sensation; fat, marrow, and the brain are so moist and soft that their softness fails to retain the same effect of the life-principle that the dryness I referred to fails to receive. 12. For that reason sensation could no more be present in teeth, nails, bones, and hair than it was in fat, marrow, and the brain. And just as cutting hairs causes no pain, so if a tooth or bone or fat or the brain or marrow should be cut, there would be absolutely no pain. 13. "But," you say, "we see people in agony when their bones are cut, people tormented by toothache, too." Who would deny that's the case? But when bone is cut, it's the sheath covering the bone that introduces the feeling of agony while it suffers the cutting; once the physician's hand has got past that, the bone and the marrow it contains are as free from pain when they're cut as hairs are. And when teeth hurt, it's not the tooth's bony tissue that's in pain but the flesh that holds the tooth. 14. Take the fingernail too: all of it that grows clear of flesh is cut with no sensation, the part that adheres to the flesh cause pain if it's cut, not from its own tissue from that of its base. So too hair: while its upper part is cut, it feels no pain; if it's torn out, it acquires a sensation from the flesh it leaves behind. The brain, too, which torments a person or even kills him when it's touched, brings on this pain not from its own capacity for feeling but from that of its covering, that is, the caul.

15. 'Ergo diximus quae in homine sine sensu sint et quae hoc causa faciat indicatum est. reliqua pars debiti mei de eo est cur cerebrum, cum sensum non habeat, sensus gubernet. sed de hoc quoque temptabo, si potero, esse solvendo.

16. 'Sensus de quibus loquimur quinque sunt: visus, auditus, odoratus, gustus et tactus. hi aut corporei sunt aut circa corpus, solisque sunt caducis corporibus familiares. nulli enim divino corpori sensus inest, anima vero omni corpore, vel si divinum sit, ipsa diviniore est. ergo, si dignitas divinorum corporum sensum dedignatur, quasi aptum caducis, multo magis anima maioris est maiestatis quam ut sensu egeat. 17. ut autem homo constet et vivum animal sit, anima praestat, quae corpus inluminat. porro inluminat inhabitando et habitatio eius in cerebro est. sphaericalis enim natura et ad nos de alto veniens, partem in homine et altam et sphaeralem tenuit et quae sensu careat, qui non est animae necessarius. 18. sed quia necessarius animali est, locat in cavernis cerebri spiramentum de effectibus suis: cuius spiramenti natura haec est ut sensus et ingerat et gubernet. 19. de his ergo cavernis, quas ventres cerebri nostra vocavit antiquitas, nascuntur nervorum septem *σφύγλαι*. cui rei nomen quod ipse voles Latinum facito. nos

⁷⁸ Cf., e.g., Arist. *On the Soul* 3.1 424b22–23, *History of Animals* 4.8 532b32–33, Chrysippus fr. 836 SVF 2:227, Philo *On the Craftsmanship of the Universe* 62, Galen 7:56, 18,1:222, [Alex. Aphrod.] *Prob.* 2.61. ⁷⁹ Cf. Pl. *Timaeus* 44D.

⁸⁰ Cf. *Comm.* 1.14.9.

⁸¹ Cf. §4n. above.

⁸² Pairs of cranial nerves had been recognized through dissection by Herophilus of Alexandria (ca. 330–260 BCE), but the doctrine that there were exactly 7 pairs is owed to the anatomist

15. I've spoken, then, about the parts of a human being that are without feeling and have indicated why that is so. It remains for me to discharge my obligation by explaining why the brain governs the senses while being without sensation itself. I will try to dispose of this question too.

16. The senses we're speaking of are five in number: sight, hearing, smell, taste, and touch.⁷⁸ These are located either in or around the body and are known only to bodies destined to die: no divine body possesses sensation, whereas the soul is itself more divine than any body, even if the body is a god's. If, then, the gods with their lofty standing regard bodily sensation as unworthy of themselves, on the ground that it is something suited to mortals, so much more is the soul's majesty too great to stand in need of sensation.

17. The soul, which gives the body the light of life, causes a human being to continue to exist and be a living creature. Furthermore, it gives the body the light of life by dwelling in it, and its dwelling is the brain: being spherical in nature and coming to us from on high,⁷⁹ it has occupied the part of the human being that is high and spherical and that lacks sensation, for which the soul has no use.⁸⁰

18. But because a creature needs sensation, the soul locates in the brain's cavities the breath that is one of its effects, and this breath by its nature provides and governs the senses.⁸¹ 19. From these cavities, which our ancestors called the brain's ventricles, there are seven *syzygiai* ["pairs"] of nerves:⁸² you can use whatever Latin term you

Marinus (early 2nd cent. CE), cf. Herophilus fr. 82–83 (Galen thought that in the case of the 5th pair Marinus might have conflated two pairs in one, but he continued to use the terminology: 2:837, *On Anatomical Procedures* 14.4).

enim *συζυγίαν* nervorum vocamus, cum bini nervi pariter emergunt et in locum certum desinunt. 20. septem ergo nervorum *συζυγίαι* de cerebri ventre nascentes vicem implent fistularum, spiramentum sensificum ad sua quaeque loca naturali lege ducentes, ut sensum vicinis et longe positis membris animalis infundant.

21. Prima igitur *συζυγία* nervorum talium petit oculos et dat illis agnitionem specierum et discretionem colorum; secunda in aures se diffundit per quam eis innascitur notitia sonorum; tertia naribus inseritur vim ministrans odorandi; quarta palatum tenet quo de gustatibus iudicatur; quinta vi sua omne corpus implet, omnis enim pars corporis mollia et aspera, frigida et calida discernit. 22. sexta de cerebro means stomachum petit, cui maxime sensus est necessarius, ut quae desunt adpetat, superflua respuat et in homine sobrio se ipse moderetur. septima *συζυγία* nervorum infundit sensum spinali medullae, quae hoc est animalis quod est navi carina, et adeo usu aut dignitate praecipua est ut longum cerebrum a medicis sit vocata. 23. ex hac denique, ut ex cerebro, diversi nascuntur meatus, virtutem tribus animae propositis ministrantes. tria sunt enim quae ex animae providentia accipit corpus animalis: ut vivat, ut decore vivat et ut immortalitas illi successione quaeratur. 24. his tribus propositis, ut dixi, animae per spinalem me-

⁸³ That the spine is continuous with the brain was known to Aristotle (*Parts of Animals* 2.7 652a26–27), but the term “long brain” (*enkephalos makros*) seems not to be otherwise attested before Theophilus Protospatharius *On the Construction of the Human Body* (4.9, 5.3) of the 9th or 10th cent.

wish, but we Greeks refer to a *syzygia* of nerves when two nerves arise together and terminate at a specific point. 20. The seven *syzygiai* of nerves, then, arise from the brain's ventricle and serve as channels that conduct, each to its own terminus, the sense-bearing breath according to the law of nature, infusing the creature's limbs—the nearby and farther removed alike—with sensation.

21. The first *syzygia* of these nerves, then, has the eyes as its target and allows them to perceive sights and distinguish colors; the second spills into the ears, which thereby are able to recognize sounds; the third insinuates itself into the nostrils and provides the ability to smell; the fourth occupies the palate, which discerns tastes; the fifth fills the whole body with its power—for every part of the body distinguishes soft and rough, cold and hot. 22. The sixth passes from the brain and makes for the stomach, which stands in greatest need of sensation, so that it can seek out what it needs, reject what it doesn't, and act in a balanced way in a sober person. The seventh *syzygia* of nerves infuses with sensation the spine's marrow—for a creature, the equivalent of a ship's keel—and is so much the most useful and important *syzygia* that physicians have called it the "long brain."⁸³ 23. From this *syzygia*, as from the brain, passages emerge and extend in different directions, empowering the soul to pursue the three chief aims that a creature's body has, thanks to the soul's providence: that it remain alive, that it live in a fitting way,⁸⁴ and that it seek immortality through its posterity. 24. The soul's influence where these three aims are concerned is channeled, as I

⁸⁴ I.e., in a way appropriate to it not just as a living creature but as a creature of a specific kind.

dullam praebetur effectus. nam cordi et iecori et spirandi ministeriis, quae omnia ad vivendum pertinent, vires de spinalibus quos dixi³⁴ meatibus ministrantur. nervis etiam manuum pedum aliarumve partium, per quas decore vivitur, virtus inde praestatur, et ut successio procuretur, nervi ex eadem spinali medulla pudendis et matrici, ut suum opus impleant, ministrantur. 25. ita nulla in homine pars corporis sine spiramento, quod in ventre cerebri locatum est, et sine spinalis medullae beneficio constat. sic ergo fit ut cum ipsum cerebrum sensu careat, sensus tamen a cerebro in omne corpus proficiscatur.'

26. 'εὐγε! Graeculus noster,' Evangelus ait, 'tam plane nobis ostendit res opertu naturae tectas ut quicquid sermone descripsit oculis videre videamur. 27. sed Eustathio iam cedo, cui praeripui consulendi locum.' Eustathius: 'modo vel vir omnium disertissimus Eusebius vel quicumque volent alii ad exercitium consultationis accedant, nos postea liberiore otio congregiemur.'

- 10 'Ergo,' ait Eusebius, 'habendus mihi sermo est, Dysari, tecum de aetate cuius ianuam iam paene ambo pulsamus. Homerus cum senes *πολιοκροτάφους* vocat, quaero utrum ex parte poetico more totum caput significari velit, an ex aliqua ratione canos huic praecipue parti capitis adsignet?' 2. et Dysarius: 'et hoc divinus ille vates prudenter ut cetera. nam pars anterior capitis umidior occipitio est, et inde crebro solet incipere canities.' 'et si pars anterior,' ait

³⁴ dixi P: -imus Gβ₂ (an recte?)

⁸⁵ With §§1-10 cf. [Alex. Aphrod.] *Prob.* 1.1-4; with §5 cf. [Alex. Aphrod.] *Suppl. Probl.* 2.80.

said, through the spine's marrow: the heart, the liver, and the organs that support breathing—all of them relevant to the goal of remaining alive—receive their energy from what I've called the spinal passages. That is also the source of strength for the nerves of the hands, feet, or other parts that allow one to live in a fitting way; and to provide offspring the nerves from the same spinal marrow serve the genitals and womb and allow them to perform their proper function. 25. Thus every part of a human being's body enjoys the breath that is located in the brain's ventricle and benefits from the spine's marrow. That is why, then, sensation begins from the brain and extends throughout the entire body even though the brain itself is without sensation.'

26. 'Hats off to our little Greek,' Evangelus said, 'for revealing to us things nature has kept hidden so clearly that we seem to see every detail he described. 27. But now I yield to Eustathius, whose turn I took in asking my question.' Eustathius said, 'Let that most learned of all men, Eusebius, or any of the others who wish step forward to ask a question, and I'll engage with Dysarius later, at a more relaxed interlude.'

'Well then,' said Eusebius, 'I should speak with you, 10
Dysarius, about the time of life on whose door we're both
now nearly knocking.⁸⁵ I wonder whether, when Homer
speaks of old men as "gray at the temples" (*Il.* 8.518), he
intends the whole head to be meant from mention of a
part—as poets often do—or is there some reason he as-
signs gray hair to this part of the head especially?'
2. Dysarius replied, 'On this point, as on all others, that
god-like poet spoke shrewdly: the front of the head has
more moisture than the back and graying is frequently ac-
customed to start from that point.' 'And if the front of the

ille, 'umidior est, cur calvitium patitur quod non nisi ex siccitate contingit?' 3. 'opportuna,' inquit Dysarius, 'obiectio: sed ratio non obscura est. partes enim priores capitis fecit natura rariores, ut quicquid superflui aut fumei flatus circa cerebrum fuerit, evanescat per plures meatus. unde videmus in siccis defunctorum capitibus velut quasdam suturas quibus hemisphaeria, ut ita dixerim, capitis illigantur. quibus igitur illi meatus fuerint ampliores, umorem siccitate mutant et ideo tardius canescunt sed non calvitio carent.' 4. 'si ergo siccitas calvos efficit et posteriora capitis sicciora esse dixisti, cur calvum occipitium numquam videmus?' 5. ille respondit: 'siccitas occipitii non ex vitio sed ex natura est. ideo omnibus sicca sunt occipitia. ex illa autem siccitate calvitium nascitur, quae per malam temperiem, quam Graeci *δυσκρασίαν* solent vocare, contingit. 6. inde capillos³⁵ crispi, quia ita temperati sunt ut capite sicciora sint, tarde canescunt, cito in calvitium transeunt. contra qui capillo sunt rariore, non eo facile nudantur, nutriente umore quod *φλέγμα* vocitatur; sed fit illis cita canities. nam ideo albi sunt cani quia colorem umoris quo nutriuntur imitantur.' 7. 'si ergo senibus abundantia umoris capillos in canitiem tinguit, cur senecta opinionem exactae siccitatis accepit?' 8. 'quia senecta,' inquit ille, 'extincto per vetustatem naturali calore fit frigida, et ex illo frigore gelidi et superflui nascuntur umores. ceterum liquor vitalis longaeuitate siccatus est; inde senecta sicca est inopia naturalis umoris, umecta est abundantia vitiosi ex frigore pro-

³⁵ capillos β_2 : capilli sunt α (inde *post capilli add.* G), capillo R² ϵ , capilli F^mA²

⁸⁶ Cf. 7.4.9n.

head has more moisture,' Eusebius said, 'why does it experience baldness, which only dryness produces?' 3. 'Your objection is to the point,' Dysarius said, 'but the reason is clear. Nature made the anterior parts of the head more porous, so that any superabundant or vaporious fumes around the brain could dissipate through more passages. That's why we see in the dried skulls of the dead what look like sutures, which bind together the two hemispheres, so to speak, of the head. People with more generous passages swap moisture for dryness and therefore turn gray more slowly, though they're subject to baldness.' 4. 'If dryness makes people bald, then, and the back of the head is drier, why do we never see the back of the head bald?' 5. The other replied, 'The dryness of the back of the head is a natural condition, not a flaw: everyone's occipital region is dry. Baldness, on the other hand, arises from the sort of dryness that occurs as the result of an imbalance—what the Greeks call *dyskrasia*. 6. So curly-headed people, whose balance is such that their heads are drier, are late turning gray but make an early transition to baldness; on the other hand, those with thinner hair don't readily lose it, since the humor called phlegm⁸⁶ nourishes it, but they become gray early. Hairs turn white in imitation of the color of the humor by which they're nourished.' 7. 'If, then, an abundance of that humor colors old men's hair gray, why has old age come to be thought of as a time of extreme dryness?' 8. 'Because old age,' Dysarius said, 'turns cold when the passage of time extinguishes the natural warmth, and from that cold there arise chill and superfluous humors; but longevity makes the life-giving humor dry up. As a result, old age is dry and lacking in natural humors, but it is damp with a superabundance of the unnatural humor produced

SATURNALIA

creati. 9. hinc est quod et vigiliis aetas gravior afficitur, quia somnus, qui maxime ex umore contingit, de naturali nascitur, sicut est multus in infantia, quae umida est abundantia non superflui sed naturalis umoris. 10. eadem ratio est quae pueritiam canescere non patitur cum sit umectissima, quia non ex frigore nato phlegmate umida est sed illo naturali et vitali umore nutritur. ille enimumor qui aut de aetatis frigore nascitur aut cuiuslibet vitiositatis occasione contrahitur, ut superfluus, ita et noxius est.

11. 'Hunc videmus in feminis, nisi crebro egeratur, extrema minitatem, hunc in eunuchis debilitatem tibiis ingerentem, quarum ossa quasi semper in superfluo umore natantia naturali virtute caruerunt et ideo facile intorquentur, dum pondus superpositi corporis ferre non possunt, sicut canna pondere sibi imposito curvatur.' 12. Et Eusebius: 'quoniam nos a senectute usque ad eunuchos traxit superflui umoris disputatio, dicas volo cur ita acutae vocis sunt ut saepe mulier an eunuchus loquatur, nisi videas, ignores.' 13. id quoque facere superflui umoris abundantiam ille respondit. 'ipse enim ἀρτηρίαν, per quam sonus vocis ascendit, efficiens crassiorem angustat vocis meatum et ideo vel feminis vel eunuchis vox acuta est, viris gravis, quibus vocis transitus habet liberum et ex integro patentem meatum. 14. nasci autem in eunuchis et in feminis ex pari frigore parem paene importuni umoris abundantiam etiam hinc liquet, quod utrumque corpus saepe pinguescit, certe ubera prope similiter utrique grandescunt.'

⁸⁷ With §§11–14 cf. [Alex. Aphrod.] *Prob.* 1.7–8, 97, 2.24; with §13 cf. also [Alex. Aphrod.] *Suppl. Probl.* 2.5.

by its coolness. 9. That is why this more burdened time of life is also afflicted with insomnia: sleep, which is chiefly the result of humor, depends on natural humor, of the sort that's generously present in infancy, which abounds in humor that's natural, not superfluous. 10. The same principle prevents graying in childhood, even though it's a very moist time of life: it is not moist with the phlegm that cold produces but is nourished by a natural and life-giving humor. The humor that either arises from the coldness of old age or is contracted from some chance defect is superfluous and so also harmful.

11. 'We see this humor endangering women's extremities, if it is not purged frequently,⁸⁷ we see it weakening eunuch's lower legs, where the bones lack their natural strength from being constantly bathed in excess humor and so are easily twisted: they cannot bear the burden of the body they prop up, like a reed that bends under a weight set upon it.' 12. Eusebius said, 'Since discussion of excess humor has taken us from old age all the way to eunuchs, please explain why their voices are so high-pitched that you often cannot know whether a woman or a eunuch is speaking unless you take a look.' 13. Dysarius answered that an abundance of excess humor caused that condition too: 'It thickens the *artéria* [= windpipe] through which the sound of the voice rises, making the voice's passageway narrow: that's why high-pitched voices belong to women or eunuchs, deep voices to men, whose voice passes through a passageway that is unencumbered and entirely open. 14. That an equal coolness produces an almost equal abundance of misplaced humor in eunuchs and women is apparent from this point too: both often become plump, and both surely have breasts that are enlarged in almost similar ways.'

11 His dictis cum ad interrogandum ordo Servium iam vocaret, naturali pressus ille verecundia usque ad proditionem coloris erubuit. 2. et Dysarius, 'age Servi, non solum adulescentium qui tibi aequaevi sunt sed senum quoque omnium doctissime, commascula frontem et sequestrata verecundia, quam in te facies rubore indicat, confer nobiscum libere quod occurrerit, interrogationibus tuis non minus doctrinae collaturus quam si aliis consulentibus ipse respondeas.' 3. cumque diutule tacentem crebris ille hortatibus excitaret: 'hoc,' inquit Servius, 'ex te quaero quod mihi contigisse dixisti, quae faciat causa ut rubor corpori ex animi pudore nascatur?'

4. Et ille, 'natura,' inquit, 'cum quid ei occurrit honesto pudore dignum, imum petendo penetrat sanguinem, quo commoto atque diffuso cutis tinguitur, et inde nascitur rubor. 5. dicunt etiam physici quod natura pudore tacta ita sanguinem ante se pro velamento tendat, ut videmus quemque erubescens manum sibi ante faciem frequenter opponere. nec dubitare de his poteris cum nihil aliud sit rubor nisi color sanguinis.' 6. addit Servius: 'et qui gaudent cur rubescunt?' et Dysarius, 'gaudium,' inquit, 'extrinsecus contingit; ad hoc animoso occurso natura festinat, quam sanguis comitando quasi alacritate integritatis suae compotem tinguit cutem, et inde similis color nascitur.' 7. idem refert: 'contra qui metuunt, qua ratione pallescunt?' 'nec hoc,' Dysarius ait, 'in occulto est. natura enim cum quid de extrinsecus contingentibus metuit, in

⁸⁸ §§1-9: on the blush see Gell. 19.6 (citing Arist. fr. 243 Rose), [Alex. Aphrod.] *Prob.* 1.12-15.

After these remarks, when the sequence of questioning was now calling on Servius, he was restrained by his innate modesty, to the point of blushing.⁸⁸ 2. Dysarius said, 'Come now, Servius—most learned not just among your young contemporaries but among the old too—put a bold face on, set aside the modesty that your blushing betrays in you, and contribute whatever occurs to you—a contribution that will teach as much by the questions you ask as your answers would if others were questioning you.' 3. And when, as he remained silent a bit longer, the other roused him with repeated encouragements, Servius said, 'My question has to do with my condition, as you remarked: what causes a blush to appear on the body as a result of the mind's sense of shame?'

4. Dysarius replied, 'When one's nature encounters something that should cause a decent person shame, it seeks the depths and pervades the blood, which becomes disturbed and dispersed, thus coloring the skin and producing a blush. 5. Physical scientists also say that when one's nature has been touched by shame, it holds the blood out before itself like a veil, as we see someone who blushes often holding a hand up in front of his faith. You'll have no ground for doubt on these matters, since a blush is merely the color of blood.' 6. Servius added, 'And people who rejoice—why do they blush?' Dysarius replied, 'Joy arises from some external stimulus, which our nature hastens spiritedly to approach: blood follows along and, as though by its own excitement, imparts to the skin the tint of its own essence, and that is why the color like blood arises.' 7. Servius rejoined, 'Conversely, those who feel fear—why do they grow pale?' 'This too is not obscure,' Dysarius said. 'When our nature fears something happening outside us, it

SATURNALIA

altum tota demergitur, sicut nos quoque cum timemus latebras et loca nos occultentia quaerimus. 8. ergo tota descendens ut lateat, trahit secum sanguinem quo velut curru semper vehitur. hoc demerso umor dilutior cuti remanet, et inde pallescit. ideo timentes et tremunt, quia virtus animae introrsum fugiens nervos relinquit quibus tenebatur fortitudo membrorum, et inde saltu timoris agitantur. 9. hinc et laxamentum ventris comitatur timorem, quia musculi quibus claudebantur retrimentorum meatus, fugientis introrsum animae virtute deserti, laxant vincula quibus retrimenta usque ad egestionis³⁶ opportunitatem continebantur.' 10. Servius his dictis venerabiliter adensus opticit.

- 12 Tunc Avienus, 'quia me ordo,' ait, 'ad similitudinem consultationis adplicat, reducendus mihi est ad convivium sermo qui longius a mensa iam fuerat evagatus et ad alias transierat quaestiones. 2. saepe adposita salita carne quam laridum vocamus, ut opinor quasi "large aridum," quaerere mecum ipse constitui qua ratione carnem ad diuturnitatem usus admixtio salis servet. hoc licet aestimare mecum possim, malo tamen ab eo qui corporibus curat certior fieri.'

3. Et Dysarius: 'omne corpus suapte natura dissolubile et marcidum est et, nisi quodam vinculo contineatur, facile defluit. continetur autem, quam diu inest, anima reciprocatione aëris, qua vegetantur conceptacula spiritus, dum semper novo spirandi nutriuntur alimento. 4. hoc cessante

³⁶ egestionis *Willis*: dig- ω

⁸⁹ Differently [Arist.] *Prob.* 27.10 948b-949a.

withdraws wholly into the depths of our being, just as we also look for cover and places of concealment when we're afraid. 8. So then, as it descends entirely to its hiding place, it draws along the blood that's always carrying it along as though in a chariot: once it has hit bottom, the skin retains a thinner sort of humor, and that's the source of its pallor. That's the reason people also tremble in fear: by fleeing inward the soul's strength abandons the sinews that keep the limbs sturdy, and so they're shaken by the jumpiness of fear. 9. And it is also why fear is accompanied by a loosening of the bowels: the muscles that had been keeping the waste products' passage shut are bereft of the soul's strength, as it flees inward, and loosen the bonds that had been holding the waste products in until it was time to expel them.⁸⁹ 10. Servius expressed his respectful agreement with this account and fell silent.

Then Avienus said, 'Since the sequence gives me the task of putting a question—or at least appearing to—I should bring the conversation back to our banquet, after it had wandered rather far from the table and passed over to other lines of inquiry. 2. Often when I've been served the preserved meat we call bacon [*laridum*].—I suppose, because it is largely dried [*large aridum*].—I've begun to ask myself why adding salt preserves meat for long-term use. Though I might be able to work this out on my own, I'd rather be informed by one who cares for our bodies.'

3. Dysarius said, 'Every body is naturally liable to dissolution and rot and it quickly melts away if there is no bond to hold it together. However, as long as the soul is resident, it holds the body together through the intake and expulsion of air, which keeps the breath's receptacles healthy, as they are constantly nourished by a new intake. 4. When

per animae discessum membra marcescunt, et omne pondere suo conflictum corpus obteritur. tum sanguis etiam, qui quam diu fuit compos caloris, dabat membris vigorem, calore discedente versus in saniem, non manet intra venas sed foras exprimitur, atque ita laxatis spiramentis effluit tabes faeculenta. 5. id fieri sal admixtus corpori prohibet. est enim natura siccus et calidus, et fluxum quidem corporis calore contrahit, umorem vero siccitate vel coercescit vel exsorbet. certe umorem sale differri sive consumi fit hinc cognitum facile quod, si duo panes pari magnitudine feceris, unum sale aspersum, sine sale alterum, inuenies indigentem salis pondere propensioem, scilicet umore in eo per salis penuriam permanente.'

6. 'Et hoc a Dysario meo quaesitum volo: cur defaecatum vinum validius fit viribus sed infirmius ad permanendum, et tam bibentem cito permouet quam ipsum, si manserit, facile mutatur?' 7. 'quod cito,' inquit Dysarius, 'permouet haec ratio est, quia tanto penetrabilius efficitur in venas bibentis, quanto fit liquidius faece purgata. ideo autem facile mutatur, quod nullo firmamento nixum undique sui ad noxam patet. faex enim vino sustinendo et alendo et viribus sufficiendis quasi radix eius est.'

8. 'Et hoc quaero,' Avienus ait, 'cur faex in imo subsidit omnium nisi mellis, mel solum est quod in summum faecem expuat?' ad hoc Dysarius, 'faecis materia ut spissa atque terrena ceteris laticibus pondere praestat, melle vin-

⁹⁰ Cf. [Arist.] *Prob.* 21.5 927a-b; in fact this is the opposite of what an empirical test would show.

⁹¹ Contrast Plut. *Mor.* 692D.

this stops at the soul's departure, the limbs wither, and the entire body is annihilated by the pressure of its own weight. Then the blood too, which gave strength to the limbs as long as it retained its warmth, turns to pus when that warmth is lost and does not remain within the veins but forces its way out, and with the body's openings thus relaxed a thick slime of decay flows out. 5. Salt mixed with the body keeps this from happening, because being naturally dry and warm it restricts the body's dissolution with its warmth and blocks or absorbs the moisture with its dryness. Certainly, the fact that moisture is dispersed or consumed by salt is easily seen if you make two loaves of bread of equal size and sprinkle one with salt while leaving the other without salt: you'll find that the salt-free loaf is heavier, obviously because the lack of salt causes it to retain moisture.⁹⁰

6. 'I'd like to ask Dysarius this question also: why does wine that's been filtered become stronger in its effect⁹¹ but have less staying power in storage, affecting the drinker as quickly as it itself is affected—by turning to vinegar—if it's kept?' 7. 'It quickly affects the drinker,' Dysarius said, 'because the clearer it's made by filtering out the dregs, the more able it is to penetrate the drinker's veins. It turns quickly, however, because it has nothing to give it body and is vulnerable to harm on every side: the dregs are, in effect, the wine's roots, supporting it, nourishing it, and giving it strength.'

8. 'Here's another question,' Avienus said. 'Why do the impurities of all liquids save honey sink to the bottom, while honey alone sends its impurities up to the surface?' Dysarius replied, 'In all other liquids the impure material, being dense and earthy, is heavier, but it's lighter than

citur. ideo in illis gravitate devertens ad fundum decidit, in melle vero ut levior de loco victa sursum pellitur.'

9. 'Quoniam ex his quae dicta sunt ingerunt se similes quaestiones, cur, Dysari, ita mel et vinum diversis aetatibus habentur optima, mel quod recentissimum, vinum quod vetustissimum? unde est et illud proverbium quo utuntur gulones, mulsum quod probe temperes miscendum esse novo Hymettio et vetulo Falerno.' 10. 'propterea,' inquit ille, 'quia inter se ingenio diversa sunt. vini enim natura umida est, mellis arida. si dicto meo addubita-veris, medicinae contemplator effectum. nam quae udanda sunt corporis, vino foventur, quae siccanda sunt melle detergentur. igitur longinquitate temporis de utroque aliquid exsorbente vinum meracius fit, mel aridius et ita mel suco privatur ut vinum aqua liberatur.'

11. 'Nec hoc quod sequetur dissimile quaesitis est: cur si vasa vini atque olei diutule semiplena custodias, vinum ferme in acorem corrumpitur, oleo contra sapor suavior conciliatur?' 12. 'utrumque,' Dysarius ait, 'verum est. in illud enim vacuum quod superne liquido caret aër advena incidit, qui tenuissimum quemque umorem elicit et exorbet, eo siccato vinum quasi spoliatum viribus, prout ingenio imbecillum aut validum fuit, vel acore exasperatur vel austeritate restringitur, oleum autem supervacuo umore siccato velut mucore qui in eo latuit absterso acquirit novam suavitatem saporis.'

⁹² With §§9–10 cf. [Alex. Aphr.] *Suppl. Prob.* 3.22 (diff. [Alex. Aphr.] *Prob.* 2.70).

⁹³ Hor. *Satires* 2.2.15, cf. Pliny *Natural History* 22.113.

⁹⁴ With §§11–12 cf. Arist. fr. 224 Rose, *Plut. Mor.* 701E–702C, [Alex. Aphrod.] *Suppl. Prob.* 3.9.

⁹⁵ This description is not obviously consistent with the effect attributed to air in §14.

honey: in the former, then, it sinks of its own weight and falls to the bottom, but in honey it's forced upward, dislodged from its place because it is lighter.'

9. 'Since questions similar to what's been said are occurring to me, Dysarius, why is it that honey and wine are considered best at very different ages, honey when it's very fresh, wine when it's very old?⁹² For that's the source of the proverb that gourmands employ: to strike the right balance in your honeyed wine, you should mix new honey from Hymettus with an old Falernian wine.'⁹³ 10. 'The reason,' Dysarius said, 'is that they are opposite in character: wine is essentially moist, honey dry. If you doubt what I'm saying, consider the effect of medicine: parts of the body that need to be moistened are bathed with wine, those that need to be dried are wiped down with honey. As the passage of time draws off something from both, wine becomes more concentrated, honey becomes drier: honey loses its juice, wine its water.'

11. 'The next question I'm going to ask is not unlike the others:⁹⁴ if you keep containers of wine and olive oil half full for a while, why does the wine almost always turn sour while the oil, by contrast, takes on a more pleasant flavor?'

12. 'Correct on both counts,' Dysarius said. 'Air from the outside enters the empty space above the level of the liquid, drawing off and absorbing all the finest particles of moisture. This drying effect in a sense strips wine of its strength, causing it to be more harshly sour or more astringently dry, according to whether it was naturally weak or robust.'⁹⁵ In the case of oil, by contrast, the drying of the excess moisture has the effect of clearing out the mustiness that was lurking in it, giving the oil a new, pleasant flavor.'

13. Rursus ait Avienus: 'Hesiodus cum ad medium dolii perventum est, comperendum et ceteris eius partibus ad satietatem dicit abutendum, optimum vinum sine dubio significans quod in dolii medietate consisteret. sed et hoc usu probatum est, in oleo optimum esse quod supernatat, in melle quod in imo est. quaero igitur cur oleum quod in summo est, vinum quod in medio, mel quod in fundo, optima esse credantur.'

14. Nec cunctatus Dysarius ait, 'mel quod optimum est reliquo ponderosius est. in vase igitur mellis pars quae in imo est utique praestat pondere, et ideo supernante pretiosior est. contra in vase vini pars inferior admixtione faecis non modo turbulenta, sed et sapore deterior est; pars vero summa aëris vicinia corrumpitur, cuius admixtione fit dilutior. 15. unde agricolae dolia, non contenti sub tecto reposuisse, defodiunt et operimentis extrinsecus inlitis muniunt, removentes in quantum fieri potest a vino aeris contagionem, a quo tam manifeste laeditur ut vix se tueatur in vase pleno et ideo aëri minus pervio. 16. ceterum si inde hauseris et locum aëris admixtioni patefeceris, reliquum quod remansit omne corrumpitur. media igitur pars quantum a confinio summi utriusque tantum a noxa remota est, quasi nec turbulenta nec diluta.'

17. Adiecit Avienus, 'cur eadem potio meracior videtur ieiuno quam ei qui cibum sumpsit?' et ille: 'venas inedia vacuefacit, saturitas obstruit. igitur cum potio per inanitatem penitus influit, quia non obtusas cibo venas invenit,

⁹⁶ §§13–16 are based on Plut. *Mor.* 701D–702A.

⁹⁷ Hesiod does not specify that he is speaking of wine; M. follows Plutarch in the assumption.

13. Once more Avienus:⁹⁶ 'Hesiod says that when you reach the middle of a wine-jar, you should save up what's there, though you should drink your fill of the rest (*Op.* 368-69),⁹⁷ no doubt meaning to say that the best wine settles in the middle of the jar. But it's also shown by experience that the best olive oil floats on top, while the best honey is at the bottom. Why is it, then, that the best oil is believed to be at the top, the best wine in the middle, and the best honey at the base of the jar?'

14. Without hesitation, Dysarius replied, 'The best honey is heavier than the rest, and so the portion of honey at the bottom of the jar is obviously heavier and therefore more valuable than that above it. In a wine-jar, by contrast, the admixture of dregs not only makes the lower portion murkier but also makes it taste worse, while the upper is spoiled by its contact with the air, which mingles with it and makes it more diluted. 15. That's why farmers are not content just to store wine-jars indoors but actually bury them and fortify them by smearing the outside with a sealant, doing everything they can to keep the wine out of contact with the air, which so plainly harms the wine that it scarcely retains its freshness in a vessel that's full and therefore more impervious to the air. 16. But if you draw from it and leave room for the air the mix in, all that remains becomes spoiled. The wine in the middle, then, is protected from harm in direct proportion to its distance from the two extremes, being neither murky nor diluted.'

